

limato simul destillatis fit *Butyrum Antimonii*. B. *Bo-  
ter*.

**BUXUS**, Est arbuscula, cujus truncus saepe instar fe-  
moris crassus, lignum est durum, compactum, & flavum:  
folia sunt oblonga, minima, dura, obrotunda, crassa, po-  
lita, semper viridia, splendentia, odoris penetrantis satis  
grati: flores minimi, herbacei, tribus vel quatuor stami-  
nibus constantes, è fundo plerumque tetragono calicis fo-  
liati surgentibus; embryones autem in aliis ejusdem plan-  
tae locis oriuntur, abeuntque in fructus ollae inversae quo-  
dammodo æmulos, in tres partes apice dehiscentes, in  
tria loculamenta divisos, seminibusque foetos in capiula,  
cartilaginosa, vi elasticâ munita, reconditis, hæc semina  
sunt fusca, longa, splendentia à Gr. *βύξος*, mutato nem-  
pè P. in B. venit à *βουδξω* densò, nam densum habet lig-  
num. Hinc quoque *Bruscus* & *Ruscus*. B. *Palm / Bos-  
boom / Sur-boom*. G. Buchsz-baum, Buxbaum. Gall.  
*Buis*, *Bois*. A. Bostree.

**BYNE**, est *Maltum*, sive hordeum madefactum, &  
germinans, quod postea siccatur, an à *βύνη* & *νύα*, quia  
humore impletur? B. *Mout*. G. Maltz. Gall. *Moûture*,  
*Bruis*. A. Malt.

**BYSSUM**, **BYSSUS**, est lini præstantissimi species.

## C.

**CACABUS** seu **LEBES**, est vas terreum vel cupreum  
majus, stanno intus obductum, quod climactere su-  
pra ignem suspendi solet, in quo Medicamenta coquun-  
tur. B. *En Kettel*. G. Eine Pfanne, Kessel. Gall. *Mar-  
mite*, *Chaudron*. A. A Kettle, Caldron or Basin.

**CACATORIA FEBRIS**, est febris intermittens, (sic  
dicta Clarissimo Sylvio de le Boe) cum alvi dejectione  
multa vel frequenti, & quandoque simul torminosa, di-  
verso accessus tempore ægros valde affligens, ac debili-  
tans: etiam *Catarrhica* & *Dejectoria* vocari potest. B. *De  
hak-hooz*. G. Scheis Fieber. Gall. *Fievre avec devoie-  
ment*. A. The purging fever.

**CACHECTICUS**, est qui cachexia laborat. B. *Zuga-  
tig / die in een quaat vel steekt / wangedaantig*. G. Der  
Col-

Coller tufer feuchtigkeit Aerkel. Gall. *Cachectique*. A. one of an ill constitution, and habit of body.

**CACHEXIA**, est malus corporis habitus, ex humorum vitiosorum dispositione mala, nutritionem corporis proinde depravante, ortus, unde febres lentæ, tabes, hydrops &c. contrahuntur: in cachexia facies sæpe pallida & mali coloris est, corpus tumidum & inflatum: Cachexia latè sumpta cum *edisia* opponitur, ac ut bonus habitus omnibus partibus sanis communis est, ita malus habitus ab omnibus malis propagatur. Strictè *Cachexia* tantum sumitur pro mala dispositione in habitu corporis; *Euexia* verò pro humorum sive sanguinis pariter & corporis dispositione bona accipitur. Cachexia pro causâ agnoscit, vel liquidî nutrientis depravatam indolem quamlibet, vel vitium vasorum receptorum, vel defectum facultatis applicantis. Ex κακός malus & λέγῃς habitus. B. *Ongedaantheid / groene ziekte / wanstal / wangedaante*. G. Ubele und böse leibs beschaffenheit. Gall. *Cachexie*. A. disposition, or an ill state of body, A distemper.

**CACALIA**, sive **LEONTICE**, est planta *Tussilagini* vel *Petalitidi* non absimilis, quæ habet folia magna, serè rotunda, crassâ, in margine incisa, angulosa, lanuginosa, inferiùs alba, *Petalitidem* referentia. Ex his exturgit caulis villosus, medullosus, in suprema parte in ramos divisus: flos est flosculosus plurimis petalis constans, quadrifariam divisus, embryonibus insidentibus, & calice veluti cylindraceo comprehensis: Embryo autem abit deinde in semen oblongum pappis instructum: radix fibrosa, minimi digiti crassitie: crescit in montibus: an ex κακός malum, & λέγῃς valde? Quia fortè agris & campis invisa est.

**CACOA**, est fructus arboris, magnitudine amygdali, colore fuscus, tenui membranâ conclusus. Totâ autem filiqua in qua concluduntur magnitudinem habet cucurbitæ oblongæ mediocris fortis, desinit in acumen, uti inter καμήλια mea videre est. Quatuor ejus species recensent, unde & quatuor species fructûs recensentur; prima & secunda species vocantur, *gros & petit caraque*; tertia & quarta species vocantur *gros & petit cacao des Isles*. Venit ex variis Americanis locis, & Guatimala &c. Adhibeturque loco monetæ, pauperibusque pro Eleëmofyna datur,

datur, parant ex hoc tum potum Indis vulgarem, tum massam hanc *Chocolatam* dictam, (& potius hoc nomine venit) quæ fit ex dictis granis tostis & tuis ac aromatis mixtis. Vide *Chocolata*.

**CACOCHYMIA**, est humorum in sanguine vitiosorum, abundantia: ex degeneratio sanguinis, feri, vel lymphæ à salubri sua conditione: veteribus dicitur pro varia dispositione, *ulcerosa, biliosa, pituitosa, melancholica, acida, salsa, pontica* &c. Sed vocabula hæc ob inutilitatem à veris Neotericis irridentur, ex *κακός* pravus, & *χυρός* succus, humor, à *χύνω* vel *χύνω* fundo. B. *Itwaat sa ppigheit / quade boedzaamheit / quaadvogtigheit / quaadvloedigheit*. G. Bæsz Schwartz Geblue. Gall. *Cacochymie*. A. Cacochymie or an abundance of ill humours in the body.

**CACOCOLIA**, est bilis malè disposita, ex *κακὴ* mala, & *χολή* bilis. B. *Quade gesteldheid der Gal*. G. Ubele beschaffenheit der Gallen. Gall. *Indisposition du fiel*. A. Indisposition of the gall.

**CACOCYLIA**, est depravata Chylificatio. Ex *κακός* malus, & *χυλός*, Chylus, succus. B. *Quade gylmakinge*. G. Bæse Dæwung. Gall. *chilification vitiée*. A. Depraved Chyle.

**CACOCYTHES, CHIRONIUM ULCUS** sive **TELEPHIUM**, est morbus, vel ulcus curationem respuens, quod ulcus malignum vocatur, hoc fit cum ulcus fuerit callosum vel sinuosum, cui nonnunquam officula decedentia & cariola subjacent, ex *κακός* malum, & *ἕδος* mos, consuetudo, est enim ulcus vel morbus mali moris. B. *En quaad-aardige sweer*. G. Ein bæsz geschwær. Gall. *ulcere malin*. A. An evil ulcer, A Boil, vel sore.

**CACOPATHIA**, est mala passio, ex *κακός* malus, & *πάθος* passio. B. *Quade dzift*.

**CACOPHONIA**, est mala vocis prolatio, ex organorum vitio proveniens, ex *κακός* malè, & *φωνή* voco. B. *Quade uitspraak der woorden*. G. Der Schwær zu sprechen hat. Gall. *Difficulté en parlant*. A. A bad pronunciation, or an ill sound.

**CACOPRAGIA**, Gr. *κακοπραγία*, à *κακός* malus, & *πράξις*, facio. Est sæpè depravatio viscerum nutritioni famulantium.

**CACORYTHMUS**, pulsus est arteriarum, nullum ordinem servans. Dicitur etiam *Arythmus*, ex κακός malus, & ῥυθμός, ordo. B. *Gen ongelijhe pots*. G. Ungleich flagende pulsz. Gall. *Le Poulx inegal*. A. An unequall pulse. Vide *Arythmus*.

**CACOSPHYXIA**, est pulsus vitiosus, ex κακός malum & σφύζω pulso, salio. B. *Gen quade pots*. G. Ubele pulsz. Gall. *Le poulx mauvais*. A. A bad pulse.

**CACOTROPHIA**, est nutritio depravata ex sanguinis vitio: Ut in Lepra, Impetigine &c. ex κακός malum & τροφή seu τροφή nutritio. B. *Quade vording*. G. Das Ungedeyen. Gall. *Mauvaise nutrition*. A. Bad nourishment.

**CACTOS**, est Cardui species: cur ita dicitur, haud facile dixerim. An κακός quasi κατακτόν, παρὰ τὸ κακὰ κτείνων interficere, occidere, quòd pappi ejus noceant, nec periculo careant? Certè Dioscorides inter plantas tales, & pappos Cactos recenset. Quidam à καίω uro, quia urit seu pungit.

**CACUMINA**, idem quod *Summitates*.

**CADAVER**, a cadendo, quòd animā spoliatum corpus, in terram cadat; ex ἰσίδ. Gall. *Cadavre*.

**CADMIA**, vide *Lapis colaminaris*: Tutia etiam idem fortitur nomen. Arab. *Climia* vel *Cblimia*, vide *Tutia*.

**CADUS**, sive *Ceranium*, est Veterum mensura, continens vini centum & viginti libras; olei verò centum & quinque.

**CADUCUS MORBUS**, vide *Epilepsia*.

**CÆLESTIS**, est *IRIS*, sic dicitur, quia iridi caelesti similis sit. Gr. ἑρνια.

**CÆLI DONUM**, est *Chelidonium majus*, sic appellatur ob egregias virtutes.

**CÆLI ROS**, est gramen *Mannæ*; videtur *Milii Sylvestris* esse species.

**CÆLI ROSA**, & **CÆLI FLOS**, est *Lychnis Coronaria*.

**CÆPA**, **CEPE**, & **CEPA**, Est planta, quæ habet folia ex radice erumpentia, longa, angusta, fistulosa, acria: ex his nascitur caulis nudus, rectus, rotundus, fistulosus, in ventrem assurgens turbinatum utrimque: flos hexapetalus, in corymbum collectus, sphericum: pistillum floris sit fructus subrotundus, trilocularis, foetus sem-

feminibus subrotundis, & nigricantibus: radix bulbosa, tunicata, orbicularis, odoris penetrantis & ingrati, saporis acris: Gr. Κρόμμυον, sic dictum quod oculi pupillam comprimere cogat: Nam oculos vellendo expressis subinde lachrymis contrahi pupillas certum est: quidam derivant à κέρα caput, quia capitata: sed rectius à κέρα pupilla, & μύρον claudere, comprimere. *Cepa* verò sic à capitatis magnitudine dicitur: Hinc derivatur Frisica vox *Ci-pels*. B. *Huin / Eusen*. G. *Zweybel*. Gall. *Oignon*. A. *Onion*.

**CÆSAREA SECTIO**, idem quod *Hysterotomotecia*.

**CÆSAREUS PARTUS**, vide *Partus Cæsareus*.

**CALAMINARIS LAPIS**, reperitur sæpius in metallorum fodinis; est lapis fossilis, subflavus, non admodum durus, dum accenditur fumum eructans: cujus usus insignis, dum additus Cupro, suum regulum cum eo miscet, illudque colore eleganti flavo donat, quod orichalcum vulgare est: in medicina magni quoque est usus. Dicitur & *Cadmia*. B. *Kalamint-steen / Kalmst-steen*. G. *Galmey-stein*. Gall. *Pierre Calaminaire ou Calamine*. A. *Calaminare-stone*.

**CALAMINTHA, CALAMINTHUM**, est Menthæ species, quæ crescit ad altitudinem circiter unius pedis, in plures ramos divisâ angulosos: folia sunt obrotunda, parum acuta, villosa, aut aliquantulum lanuginosa, sibi invicem alternatim opposita: flores nascuntur in pedunculis ramosis ex foliorum alis, coloris purpurei, galea obrotunda, bifida: semina nigricantia, oblonga, in capsula, quæ flori, tanquam calix inservivit, inclusa: radix fibrosa; tota planta habet odorem aromaticum & gratum: crescit in montibus. Dicitur quasi utilis Mentha: namque nidore suo serpentes fugat. Ex καλή utilis, pulchra, & μίνθα seu μενθα, Mentha. Aliis placet από τοῦ κάλλος quod lignum significat, à καίω uro. B. *Water of reid Menthe*. Gall. *Calament*.

**CALAMITA**, nempe *Styrax*, sic vocatur, quia in calamis excipitur & asservatur.

**CALAMAGROSTIS, & CALAMOGROSTIS**, est graminen arundinaceum; ex κάλαμος virga, calamus, & ἄγροσσις graminis species.

**CALAMUS, Arundo**: dicitur παρα τὸ κάλλος ἀμύσθαι, quod

L

pul

pulchrè demetiatur arundo. Gr. *Δόραξ, ἀπὸ τοῦ ῥάου δεισιόδοι,*  
quòd facile à vento moveatur. B. *Niet.* G. Rohr. Gall.  
*Canne, Roseau.* A. A reed.

CALAMUS AROMATICUS, quid sit, dubitatur. A-  
lii *Acorum* volunt, alii *Galangam.* Garzias dicit esse A-  
romaticum quidem, non verò odoratum, imò & juncum  
esse duntaxat. Seritur per universam Indiam: Neque odo-  
ratus est nisi è terra evulsus: quantoque viridior, tanto  
tetriori odore tetrior, teste eodem Garzia. Dicitur & Ca-  
lamus odoratus Indicus, Alexandrinus, &c.

CALAMUS SCRIPTORIUS, est dilatatio quædam  
circa cerebri ventriculum quartum, quæ deinde in mucro-  
nem exacuitur, & ab hac figura nomen obtinuissè vide-  
tur. B. *De schryff-pen.* G. Schreibfeder. Gall. *ventricu-  
le du Cerveau en forme de plume.* A. A Writing pen.

CALATHUS, est rectus turbo, hoc est, id quod ex  
angustis in latitudinem se diffundit. Calathi effigiem pla-  
nè liliorum flores referunt.

CALCANEUM, idem quod *Calx.*

CALCARIS FLOS, est FLOS REGIUS, sic dicitur,  
quod ejus flores quodammodo calcaria referant.

CALCEOLUS D. MARIE, SACERDOTIS, MA-  
RIANUS, est Alismatis species, cui in medio floris ali-  
quid concavum, instar calceoli apparet.

CALCHOIDEA OSSICULA, idem quod *Cuneiformia  
ossicula.*

CALCINATIO, est misti per ignem, aut res corro-  
dentes, (per Mercurium, aquam regiam &c.) in calcem  
solutio. B. *Kalkmaking / Kalkbånding.* G. Kalckma-  
chung. Gall. & A. *Calcination.*

CALCINATIO PHILOSOPHICA seu SPAGYRI-  
CA, est, cum cornua, ossa, aut ungula, super aquam  
ferventem per aliquot horas suspenduntur, donec omnem  
mucilaginem amiserint & facile in pulverem tundi queant.  
B. *Philosophische Calcinatione.* G. Philosophische bren-  
nung. Gall. *Calcination philosophique.* A. Philosophicale  
Calcination.

CALCULUS, est præter sanitatem in corpore humano  
lapidosa concretio, quæ sæpe in renibus, vesicis, aliisque  
in partibus, ex particulis salinis & terrestribus concretis  
generatur. B. *Stein.* G. Blasenstein. Gall. *Pierre de la  
vessie.* A. Stone in the bladder.

CAL.

CALDARIUM, Idem quod *Laconicum*.

CALENDULA, nomen accepit, quod singulis ferè calendis floreat : sed alii putant, quòd sit corruptum nomen a *Caltha*, seu *Calthula*. vide ibi. B. *Gouds-bloem*. G. Ringel-blumen. Gall. *Souci*. A. Marigold.

CALENTURE, est nomen morbi cujusdam peregrini, quo navigantes versùs Indiam occidentalem infestantur, dum tropicum appropinquant, & consistit in depravata imaginatione, cum pulsù debili, æquali, lento, absque febre & calore excedente.

CALIDUM INNATUM, vide *Emphytum thermum*, aut *Biolychnium*.

CALLICREAS sive PANCREAS, est Glandula conglomerata, magna, plana, carnei coloris sub ventriculi parte posteriore collocata, transversim à duodeno, versùs lienem extensa : longitudinem habet trium aut quatuor digitorum in homine ; & juxta alios octo vel novem quasi digitorum transversorum, & latitudinem digitorum duorum, vel duorum cum dimidio ; crassitiem unius digiti ; figuram ad linguam caninam accedentem, latiore propè duodenum, angustiore versùs lienem, tenui membranâ à peritonæo investitur : habet ductum excretorium ex multis minoribus conflatum, qui terminatur in homine juxta ductum communem biliarium in intestinum duodenum, quatuor vel quinque digitis infra pylorum, & ut plurimum eodem orificio cum ductu Cholidocho : ex cuius ductu lymphæ volatilis & insipida effunditur : Verum *Sylvius de le Boe* cum Discipulo suo *de Graaf* succum acidum & subacidum, quandoque austerum & dulcem in venisse se dicunt, inde quoque originem ferè omnium morborum deducunt : Sed sciendum hoc fortasse fuisse observatum ; cum vix unus ex centum hominibus exactè sanus reperiatur. De hac quæstione vide Anat. nostr. Ref. Usus est, succo suo volatili chylum subacidum & bilis amarorem temperare, saponaceâ suâ vi omnia miscere, subigere, & volatilizare, ut tandem dulci sapore venas lacteas subeat & ascendat. Componitur, ex *καλὸν* pulchrum, & *κρίαι* quasi diceret carnem formosam. B. *Wbleis / gzoote klier / heel-bleis / Wulk-klier / edde*. G. Die große drüse. Gall. *Le Pancreas*. A. The sweet, taste, all flesh, sweet-bread, the pancreas, or the Birr.

**CALLIGNUM**, Idem quod Polygonon. Ex καλλῖς pulcher, καλλιόν melius, & ὄνο genu, quia geniculata est herba.

**CALIX**, **CALICES**, sunt oculi sive gemmae florum prodromi, ut oculi Populi arboris: Vel est pars floris posterior, crassitudine quâdam notabili à pediculo distincta, flores vel involvens, vel sustinens. Vide *Alabaster* & *Perianthium*.

**CALLIONYMUS**, est lilium convallium, ex καλλιόν melius, & ὄνομα nomen.

**CALLITRICHUM**, seu **POLYTRICHUM**, est herba capillaris, dicta quod capillos pulchrè tingat. Ex καλλῖς pulchra, & τρίχῃ capillus, vide *Polytrichum*.

**CALLUS** est durities in cute, absque sensu, orta à vasis minimis nimio labore compressis, consolidatis in formam solidi. Item est substantia circa ossium fracturas genita, ossea, sed mollior, effusa huc ex vasis materiam osseam naturaliter vehentibus, & fragmenta ossium fractorum connectens. Gr. πάχος, τέρσις, τόλθ. B. **En weere / eelt.** G. Dicke haut, schwiele an Fussen. Gall. *Callus*, *Durillon*. A. An hardness in the Skin.

**CALOMELAS**, est Mercurius cum Sulphure diu tritus, & in corpus nigrum redactus, cujus nomen derivatur à καλῖς pulcher & μέλας niger, ob colorem, & virtutem eximiam in purgando, aliisve casibus, ubi Mercurii usus requiritur.

**CALOR NATIVUS**, vide *Biolychnium*.

**CALTHA**, Est planta, quæ habet caules tenues, parum angulosos, villosos, ramosos, fungosos, viscosos parum: folia oblonga, integra, cauli adhærentia, carnosa, mollia, villosa, albescentia, satis ampla: flores discoides, radiati, rotundi, magni nascuntur, coloris aurei, saporis fortis & grati, corona verò ex semi flosculis componitur embryonibus insidentibus, & calice comprehensis: Embryones autem abeunt in capsulas plerumque incurvas & marginatas, semine foetas ut plurimum oblongo: radix lignosa, fibrosa: dicitur & *Calthula*, quam vocem deinde corrumpentes officinæ in *Calendulam* immutarunt. Quamquam verisimile etiam sit, sic nominatam esse, quòd omnium mensium Calendis, fruticare comperiat. Atque hinc fit quòd nonnulli florem omnium



mensium appellant. B. **Gouds-bloem.** G. Ringel-blum.  
Gall. *Souci.*

**CALVA**, *Plin.* Calvaria. *Celfo*, Cranium, κράνιον, quòd cerebrum integat quasi κρόνον id est Galea, κρόνον, κρόνον. *Lycobr.* κράσιον *Aristoph.* κρόνον, est integumentum capitis osseum. Vide *Cranium.* B. **Het hooft-scheel / pan van 't hooft / bekkeneel / hooft-schotel / herzen-bekken.** G. Hauptschedel, die Hirnschale. Gall. *Crane.* A. The Scul. Item pars capitis capillata superior, quæ à morbo vel senectute primo calvescit. B. **De kruine / bles.** G. Das oberste des haupts. Gall. *Le Sommet de la tête.* A. The top of the head.

**CALVARIA**, Idem quòd *Calva.*

**CALVITIUM & CALVITIES**, apud Græcos vocatum est Φαλαγγώσις, & Μαδάγωσις, quòd quidem vitium nihil aliud est, nisi depilatio capitis, potissimum syncipitis, ætate hominibus adveniens. B. **Kaal-hoofdighet.** G. Eine kahle, glatze. Gall. *Chauveté ou Calvitie.* A. Baldness.

**CALYPTRA**, est involucrem tenue quorundam seminum, illa inclusa tenens à καλύπτρα occulto. B. **Het zaand-hupseje.** Gall. *Coiffe ou enveloppe.*

**CALX**, *Plauto.* **CALCANEUM**, *Virg.* Item κλίσις, κλίσις, est secundum os tarsi in pede, reliquis magnitudine & robore præstantius, oblongum & versus posteriora protensum, ut ei firmiter homo insistat, nec lapsu facili retrorsum concidat. B. **De versenen / de hiel.** G. Die versen, unter theil des schenckels. Gall. *Le Talon, le Calcaneon.* A. The Heel bone.

**CALX**, Chymicis quoque dicitur quilibet pulvis, per humiditatis ablationem, in partes tenuissimas ac velut impalpabiles redactus, idque intelligendum est de *Metallis*, *Mineralibusque* corrosis, iterumque calcinatis, ut de calce salis, antimonii, &c. sicque nonnulli lapides in calcem comburuntur, sicuti nostrum cuique notum. Nec non *Vegetabilium* cineres; qui sunt substantiæ terreosalinæ, & *Animalium* cornua, ossa, &c. per ignis torturam partibus humidis, & volatilibus spoliata, à nonnullis nominantur *Calces.* B. **Kalk.** G. Kalck. Gall. *de la Chaux.* A. Chalke, Lime.

**CAMARIUM**, vide *Formix*, ex κάρμεα formix, testudo.

**CAMAROSIS**, est cranii ictus, in quo ossis portio aliqua, in testudinis formam, suspensa relinquitur, estque quintuplex: 1. Cum frangendo os unum deprimitur, & alterum elevatur. 2. Quando os absque fissura deprimitur, quod infantibus proprium. 3. Est contusio, in qua margines sunt depressi & ossis medium in fornicis speciem elevatum, remanente inferius spatio vacuo. 4. Depressio semet sponte elevat eo tempore cum os adhuc sit membranaceum, atque plectri speciem conservat donec ossificari incipit. 5. Quando tabula secunda est depressa, & prima semet in priorem statum reducit, à καμάρα testudo. **B. Derwerffel-bruch.** **G. Hirnschal-bruch,** Gewelb-bruch. Gall. *fracture du crane.* **A.** The Skull broken and become like a vault.

**CAMBIUM**, est humor secundarius secundum *Avicennam*, cujus usus erat, partes nutrire: primus dicebatur humor *Ros* sive *Innominatus*: Secundus, *Gluten*: & tertius, qui proximè in alimentum convertebatur, *Cambii* nomine veniebat: Sed ea figmenta, inventa à nobis circulatione sanguinis per tubulos, planè concidunt. Nisi per *Rorem* intelligas Chylum, per *Gluten* particularum quietem, & per *Cambium* Chyli assimilationem.

**CAMELINE**, quibusdam *Myagrion*, fortè sic dicitur, quod à Camelis valde appetatur. κάμηλον enim est Camelus.

**CAMELOPODIUM**, est *Marrubium*, quasi diceret pedem cameli: ex κάμηλον camelus, & πῆξ pes.

**CAMERA OCULI**, oculi cavitas à quibusdam distinguitur in duas cameras, in anteriorem, & posteriorem; Antica, *Lentis* & *Processuum Ciliatum* superficie à postica; corneæ autem concavitate ab antica parte terminatur, & per septum medium uveam puta, in duas alias minores dividitur, quæ per pupillam inter se communicant; harum anterior major est posteriore; postica verò cavitas, duobus, ut vocant, humoribus crystallino scilicet & vitreo, repletur. Gall. *Chambres de l'Oeil.*

**CAMERATIO**, Idem quod *Camarosis*.

**CAMOMILLA**, corruptè sed melius *Chamamelum*, vide suo loco.

**CAMPANULA**, sic dicuntur plurimi flores, qui Campanulam referunt, vide *Cervicaria*.

CAM-

CAMPORA & CAPHORA, Veteribus incognita : gummi est alicujus arboris in Sumatra propè Baros. Pro-cera arbor est & densa, ædificiis struendis perutilis; Cau-dex rectè ascendit : Ramos ordinatè explicat : folia sunt magna, carnosà, antèrius acuta, camphoramque spiran-tia. Fructus formosi sunt avellanæ nucis magnitudine, oblongè rotundi, tenui tunicâ cincti, quæ rursus, instar nucum avellanarum, alteri tunicæ eleganti forma inclu-ditur, colore rubro, purpureo, flavo & viridi, integrum fructum contegit, & tulipæ instar superius sese aperit. Postquam arbor ista fuerit caphorâ dives, à foliis, cor-tice, & externo ligno spoliatur, usque ad medullam, quæ finditur, in qua caphora eleganti formâ, coagulata & crySTALLINA reperitur. In China & Borneo etiam nasci-tur, sed in Japonia alia colitur arbor, quæ caphoram præbet, folio tenuiori, molliori, diutissimèque odorem camphoræ spirante; quæ est Laurus camphorifera, ar-bor sylvestris; in Japonia occidentali & adjacentibus insulis in lætam vastamque tiliæ magnitudinem adoles-cens, cujus descriptionem vid. apud *Kæmpferum* in ca-talogo plantarum Japonicarum. Ex radicibus quoque cinamomi caphora elicitur, quod habeo ex Viris fide dignis. Non nego tamen aliam hujus gummi esse ar-borem, fruticem aut plantam, nam ex ipsa salvia prole-ctam vidi. Est gummi ex albo pellucidum, graveolens ex China, Japan, aliisque locis ad nos delatum : Om-nium optimum dicitur, quod ex Borneo venit, sed ob pretium nimium fortè huc non adfertur. Facile accen-ditur, & si conservetur in thecis apertis disparet. Cam-phora non est gummi, sed potius resina, alba, pel-lucida, odoratissima, volatilis, & tritu difficilis; de arbore propria, regionibus fervidissimis, intra lignum, maximè ad corticem habetur, uti dictum est, in propria sua naturali gleba crySTALLINA. In Borneo & Ceylon om-nium præstantissima & pretiosissima. In Alcohole perfe-ctissimè solvitur, pellucidissimâ specie, & odoratissimâ. Destillans tunc tota ferè, unâ cum Alcohole, vel paulò post, volatilis est, in liquorem homogeneous adscendens. Simulac guttula hujus liquoris limpidissimi aquæ immit-titur, uno momento albescens tota Camphora iterum apparet in aqua, integrum suum corpus reddens; ita-

que heteroclitum hoc corpus refinam refert, sed volatiliem; differt tamen ab aliis resinis in eo, quod solvitur in spiritu nitri, vitrioli, aqua forti, ut in Alcohole, unde assusu aquæ revertitur immutata Camphoræ materies. B. *Campher*. G. *Kampffer*. Gall. *Camphre*. A. *Camphire*.

CAMPHORATA, seu *Campboratum*, est Abrotanum, sic dictum quod Camphoram oleat.

CANALES, sunt ductus rotundi, intus cavi, utrinque aperti, longi, per quos liquores transeunt; ut sunt ductus Salivales, Biliarius, Hepaticus, Pancreaticus, &c. Gr. *πρότοι*, ductus. B. *Kiolen/ buizen*. G. *Kanäle*, Rœhre. Gall. *Canaux*, *Conduits*, *Tuyaux*. A. *Channels*, or *ditches*.

CANALES SEMICIRCULARES, sunt tres canales ossei, semicirculares à forma dicti, quia nempe singuli in semicirculi modum curvantur; durissimi, cavitate ferè ellipticâ donati, aliquando cylindricâ; in medio autem curvaturæ angustissimi, hinc versus orificia sensim dilatati, circa eadem latissimi, inæquales longitudines adeoque & magnitudines habentes, medio existente minimo, eandem ferè magnitudinem, figuram, substantiam, durtiorem, fortiti in infante & in adulto; vestibulo à parte postica, exteriori, auriculam respiciente, appositi & continuati; membranulâ tenerrimâ nerveâ vestibuli hic continuatâ vestiuntur; sex horum canalium extremitates, non nisi quinque ostia conficiunt in vestibulo, cum unum ex illis commune sit duobus canalibus, majori scilicet & minori; minimus canalis duo habet orificia; quinque hæc orificia unita, una cum fenestra ovali, orificio scalæ superioris cochleæ, & quinque aliis minoribus foraminulis, nerveos ramulos transmittentibus, atque adeo per istos oclusis, vestibulum formant. Unde patet hos canales in vestibulum hiantes ejus cavum augere, quemadmodum cellulæ apophysios mastoideæ augent cavum tympani. Insuper fluidum elasticum in illis contentum, etiam per motum stapedis æqualiter cum fluido vestibuli comprimitur, relaxatur; & tremores sonori etiam possunt quam optimè per horum cava propagari, in eorum latera incurrere, reflecti; & sic sonus quam optimè colligi, conservari, resonari, & intendi, ut phænomena canalium oticorum

incurvorum quam optimè docent. Interim simul etiam per membranas nerveas molles, hæc omnia investientes, impeditur clangor. B. *Half ronde ringsgewijse gaten in 't ooz.* Gall. *les Canaux demi circulaires.*

CANALICULUS ARTERIOSUS, est vas inter arteriam pulmonalem & arteriam magnam in fœtibus, quod in adultis obliteratur: medius est inter has duas magnas arterias, & utrique continuatus: oritur ab anteriore parte pulmonalis, paulò antequàm illa subit aortam, seseque bipartitur; & priori pariter aortæ jam descendens parti se inserit, paulò ultra eum locum, à quo subclavia sinistra abscedit: Nisi potius dicendum sit, arteriam pulmonalem in duos se dividere ramos, quorum anterior est canalis arteriosus, posterior pulmonalis ad pulmones tendens; canalemque illum cum aorta confluere in unum, indeque effici aortam descendentem, tantæ magnitudinis ille canalis arteriosus est, ut propè æqualis sit tum pulmonali, quàm illa ultra eum pulmones petit; tum ipsi aortæ; quàm cum ea se conjungit. Usus in fœtibus est ut ex arteria pulmonali per canaliculum hunc sanguis in arteriam magnam exoneretur, ex eo quod sanguis, (quia fœtus in utero aërem non respirat) per pulmones collapsos, vasa nimis comprimentes, sive quæ vesiculas cingunt, vel in spatiis intermediis hærent, fluere non possit. **De slag-ader-lijke buis.** G. Der puls-ader kanal. Gall. *le Canal arterieux.* A. Arterious vessel.

CANCAMUM, Quidam Laccam esse putant, alii Animæ gummi. Dioscoridi est Arabicæ arboris lachryma, Myrrhæ quodammodo similis, vitoli gustûs: quod ad suffimenta usurpant.

CANCER, vide *Carcinoma*.

CANCER, est species fasciarum, quæ capiti tegendo, inservit. B. *Kreeft-band.* G. Krebs-windel. A. Crab-sivate.

CANCERORUM OCULI, sunt lapides parvi, albi, duri, crustacei, rotundi, compressi, unâ parte convexi, alterâ planiores, cum sinu in medio excavati, concreti in ventriculis cancerorum, saporis cretacei. B. *Kreeft-ogen.* Gall. *yeux d'Ecrevisses.* A. Crabs Eyes.

CANDELA, est Instrumentum Chirurgicum, rotundum, oblongum, tenue, ex flexili materia constructum,

cujus apex materiam corrodentem continet, quod meatu urinario penis immisſum, carunculas confumit, vel abſque corroſivo explorandis ulceribus vulneribusque infervit. B. Een Koning-haarſje.

CANDELARIA, ſeu CANDELA REGIA, eſt Verbaſcum, quod etiam φλῆξ, Flamma & Cereus appellatur, quòd cerei in modum floſculis ſuis ſe erigat. Vide Verbaſcum & Phlomos.

CANDISATIO, ſoli competit ſaccharo, quod in aqua ſolutum, purificatum, atque quadantenſ inſiſſatum, in cryſtallos concreſcit, idque candifari vocant. Imponunt autem ſolutioni nonnunquam res medicamentales ſolidas, ut cryſtallis illis ſaccharatis obducantur, eaſque confectionibus adnumerant. B. Candeliſering. G. Kandelizirung. Gall. Candifation. A. Candying.

CANDUM, melius *Canthum*, ſaccharum dicitur in cryſtallos redactum, vulgo *Saccharum candi* ſive *candum*, *canthum*, id eſt *anguloſum*, *candidum*, *cryſtallinum*, *lucidum*. Eſtque ſaccharum depuratum, candilando in cryſtallinam formam ſec. art. redactum, ad modum quo ſalia cryſtallifantur: Eſt pro viliori vel depuratori ſaccharo vel rubrum, vel album, à *καὶ* angulus. B. *Kandy-suiker* / *Stok-suiker* / quia bacillos ollis imponunt, ut nempe cryſtalli ex ſyrupo ſpiſſiori iis adhæreant. G. Zucker-Kandey. Gall. *Sucre Candi*. A. Sugar-candy.

CANELLA, vide *Cinamomum*. Videtur nobis derivari à *Canna*, hinc *Canula* & *Canella*; ſunt enim cortices *Cannam* referentes.

CANICÆ, ſunt furfures, vel potius farina ſecundaria, quæ ex furfuribus, & pane conſtat, hoc eſt cui flores cribro adempti ſunt. Sic dicitur, quia canes iis paſcerentur: hinc *Panis Canicaceus*.

CANICIDA, eſt *Aconiti* venenofi ſpecies: ſic dicitur, quòd canes exinde moriantur. Ex canis, & cædo: vel cedo.

CANINA BRASSICA, eſt *Mercurialis*. Græc. *Καίνα* *αργύρεον*.

CANINA LINGUA, idem quod *Cynogloſſum*.

CANINA MALUS, idem quod *Mandragora*.

CANINA SENTIS, idem quod *Cynobatton*.

CANINA APPETENTIA, vide *Cynodes Orexis*.

CANINA RABIES, idem quod *Hydrophobia*.

CANINI DENTES, vide *Dentes* & *Cynodontes*.

CANIRUBUS, quasi *Rubus Caninus*, idem quod *Cynosbátos*.

CANIS CEREBRUM, est *Antirrhinum*, quia folliculi seminales canis capiti mortuo & osséo similes sunt.

CANITIES, est mutatio capillorum in colorem album ante legitimam ætatem. Canities verò duplex adhuc est: altera quæ secundum ætatis cursum obvenit: altera verò quæ vitiosa, & morbosa ab *Aristotele* nuncupata est. *B. Gijshheid*. *G. Grawe*, oder weisse Haar. *Gall. Blanchifure de cheveux*. *A. Grayhair*.

CANNA & CANA, apud Hebræos *Kanech*, calamum significat, unde hoc nomen originem habere videtur.

CANNA MAJOR, idem quod *Tibia*.

CANNA MINOR, idem quod *Fibula os*.

CANNABINA, Habitus ejus est *Cannabis*, flos masculinus & staminibus constans in una planta: ovarium est capsula longa, trigona, facta feminibus multis, ita vocatur, quia *Cannabim* refert: est *Eupatorium Cannabi simile*: *Tournefortius* ad *Bidentem* refert.

CANNABIS, Est planta, quæ habet caulem rectum, quadratum, unicum, villosum, asperum, excavatum, cortice filamentoso tectum: folia digitata instar manus apertæ, in quatuor vel quinque partes divisa, dentata, viridia, subfusca, aspera, odoris ingrati: flos apetalus est, comprehensus calice quinquisido, expanso, & stamina quinque habens, in una planta; ovaria bicornia, conferta in caulibus, rotunda, testa dura, tenui, fragili, includentia semina globosa, parva, quæ sub tenui cortice ex cinereo spadiceo glabro includunt medullam albam, saporis subdulcis: radix est annua, simplex, lignosa, alba, fibris instructa: colitur hæc planta in pratis circa loca humida; distinguitur in duas species, una est *Cannabis mas*, altera femina sive sterilis: quasi *κάναβος* dicitur, quod circa fonticulos, sparsasque scaturigines, spontè & facta luxuriet; *κάνάβοι* enim fontes sunt, multiplici rivo sparsi, alii deducunt à canna, quia cannæ instar ejus truncus cavus sit, *Barbaris* & *Vulgo Cannapus Sativa* Gr. *Σχοινός ῥόβος*, quod magni in vita usus sit ad robustissimos funes texendos. *Sylvestris*, Latini *Ter-*

*minalem* vocant. B. *Kemip*. Gall. *Chanvre*.

**CANNULA**, est instrumentum Chirurgicum, cylindricum cavum, utrinque apertum, cum manubrio, per cuius cavum cauteria actualia protruduntur & diriguntur, ne vicinas partes lædant exurendo; inservitque eidem acubus quibusdam, ubi foramen apertum relinquendum, veluti cum in ascitide aquam educere tentamus. B. *Can holpyp*. Gall. *canule*.

**CANON**, est instrumentum Chirurgicum, quo, mediante acu, vulnera hiantia confarciuntur: Est rectum vel curvum, pro varia vulnerum *φύσει*. B. *Can Kanon* / ob similitudinem. Item, *Can gebenstert naepypjen*. G. *Röhrlein*.

**CANTABRICA PLINII**, eam putant esse Scorsone-ram, in Hispania primum inventa est, per Divi Augusti tempora, idque à Cantabris, unde nomen retinuit.

**CANTHARIDES**, est insectum pedatum, alatum, vaginipinne, oblongum, muscæ majoris magnitudine, colore viridi, & aureo, lucente, reperiendum in frumentis, rosæ, fraxinis, oleastris, in Italia & Hispania, saporis acris & corrodentis, cujus vis vesicatoria, quando cuti applicatur, est insignis, diuresin utcumque movens. B. *Spaansehe Vliegen*. Gall. *Mouches Cantarides*. A. *Spanisch-flies*.

**CANTHUS** sive **HIRCUS**, est angulus oculi, qui vel major sive internus, vel minor sive externus. Gr. *καθαί*, Quorum qui ad nasum sunt, *πανήτες* & *πυλαί* appellantur, quod inde lachrymæ effluunt: & qui ad tempora, *περωναίαι* Poll. *Nicandro*. B. *De oog-hoek / oogwinkel*. G. *Die Augen-winckel*. Gall. *angle ou coin de l'œil*. A. *The corner of the eye*.

**CANTUM SACCHARUM**, vide *Candum*.

**CANUM CERASA**, vide *Xylosteum*, est Periclymeni species.

**CAPELLA**, idem quod *Cupella*.

**CAPHORA**, idem quod *Camphora*.

**CAPILLAMENTA**, sunt filamenta illa tenuia, in florum medietate surgentia: seu particulae teretes & oblongae, in capilli modum extenuatae: vocantur & caudae quae nectendis sustinendisque capitulis inserviunt, interdum eam tenuia sunt; & ita petalis innata, ut vel non appareant,



restit, vel ex ipsis quasi petalis oriri videantur : cæterum diversus plerumque in quibuslibet florum speciebus assignatur locus, unde masculina organa suam sortiuntur originem : hæc autem filamenta, vel simplici, ut in Gramineis, umbelliferis & similibus plantis, vel duplici, ut in Ricino, Lauro &c. vel multiplici vasorum spermaticorum serie constant, ut in Malvaceis & leguminosis obtinet. Vide stamina. B. *De Ozaadjes in de Blom.* G. Die Fäselein mitten in der Blumen. Gall. *Fillets.* A. Threads.

**CAPILLARIA VASA**, sunt vascula minima, capilli speciem ob tenuitatem referentia. B. *Hairige vaatjes.* G. Haarkleine Gefäßlein. Gall. *Les vaisseaux capillaires.* A. Capillary Fessels.

**CAPILLARIS HERBA**, sic vocatur Capillus Veneris, Capillus terræ, Capillus aureus, Muscus capillaris, Trichomanes &c. idque ob capillorum ferè similitudinem.

**CAPILLATIO**, est ossis cranii fracturæ species, sensum plerumque fallens; ferè latens, quia non facile se ostendit, mortis causam sæpe adfert: sic vocatur, quia fractura capillum refert. B.  *Een Hair-scheur.* G. Ein Splitter der Hirn-schale.

**CAPILLORUM DEFLUVIUM**, idem quod *Alopecia.*

**CAPILLUS**, ac si diceres capitis pilus. *Hoofd-hair.* G. Haupt-haar. Gall. *Cheveux.* A. The Hair of the Head.

**CAPILLUS AUREUS**, est *Polytrichum*: idque à similitudine capillorum, & aureo colore.

**CAPILLUS VENERIS**, est planta officinalis, quæ habet caulem durum & nigrum, fortem: folia filicem referentia, sed ampliora, longiora, minutum incisa, crenata, dura, subrotunda, conjugata, & cauli accrescentia; floribus caret & fructus nascuntur in sinibus seu complicatione foliorum, in quibus occurrunt capsulæ sphericæ annulo vi elasticâ donato munitæ, cujus contractione rumpuntur & semina fundunt minutissima: radix fibrosa, nigra: appellatur ita fortè, quia illa planta pudendi muliebris pilos quodammodo referat; vel à speciosis reddendis capillis: nec alio nomine Veneris vox adjecta est, quam quod hæc pulcherrima pingatur. B. *Venus.*

**nus-hair / Vrouwen-hair.** G. Frawen-haar. Gall. *Capillaire ou Adianthe*. A. Venus hair, Maiden-hair.

**CAPISTRUM**, est fascia quaedam Chirurgica, quae capiti, in prolapsu, aut vulnere maxillae inferioris, accommodatur. B. *Een Hoofd-zwagtel / Hoofd-kap / Halster-band*. G. Haupt-windel. Gall. *Capeline, Chevestre, Bandelette de tête*. A. Head-swadling-band.

**CAPITA**, circa herbas denotant rotunda illa feminum, aut florum receptacula. Vide *Codia*.

**CAPITILUVIUM**, est liquor quo caput lavatur. Comp. ex *Caput & Lavare*. B. *Een Hoofd-wassing*. G. Haupt-Waschung. Gall. *Lavement de tête*. A. Washing of the head.

**CAPITIS DOLOR**, idem quod *Cephalalgia*.

**CAPITIS GRANUM**, est *Staphysagria*: sic appellatum, quod capitis pediculos enecet.

**CAPITULA**, vid. *Apices*.

**CAPITULUM MARTIS**, est *Eryngium*, procul dubio, quia capitula habet armata, spinosa, & martialia.

**CAPNITES, CAPNIUM, & CAPNOS**, est *Fumus Terra*, seu *Fumaria*. Ita dicunt vocari, quod ejus succo, si oculi irrigentur, lachrymae, ut à fumo acri, extundantur, deducitur *ἐκ τοῦ κάπνιου καὶ πνοῆς*, ut proprie sic dicatur ἢ *ἐκ τῆς καύσεως πνοῆς*: aut *πρὸς τὸ κάπτω* seu *κάπω τὸ πνέω*. Vide *Fumaria*.

**CAPPARIS**, est arbuscula spinis uncinatis armata, rami parum sunt recurvi: folia sunt rotunda, saporis aliquantulum amari: furculos agit, in quorum summitate habet parvos calices virides, qui ad condiendos carpuntur, si hi calices, postquam ad magnitudinem requisitam devenerunt, in planta relinquuntur, tum dehiscunt & fiunt flores albi, rosacei, tetrapetali, expansi, multis staminibus donati: flori succedit fructus pyriformis vel filiquosus, carnosus, in quo nidulantur semina plurima, plerumque subrotunda, vel reniformia: radix est longa, crassa, ejus cortex est tubulosus, rugosus, crassius, cinereus, saporis acris & austeri; cujus cortices ex radicibus extracti sunt in usu, qui saporis amari, subadstringentis, acris sunt, nullius odoris; & annumerantur quinque radicibus aperientibus minoribus à *καππαρίσιν*, quod idem est ac *κατὰπάρσιν*, sedare, quia furoribus medeatur. Nam est

est vox apud Aristophanem antiquissima; itaque non à campis, ut quibusdam placuit, neque ab infimi sæculi vocibus barbaricis derivatur. B. *Kapper-boom*. G. *Kapern-baum*. Gall. *Caprier*. A. The Caper-tree.

CAPREOLARIA VASA, dicuntur ea, quæ in modum Capreoli mirè intorta incedunt, ut sunt vasa sanguinea testiculis & ovariis dicata. B. *Dijnranke-baatjes*. G. *Gäbelein-gleiche gefäßlein*. Gall. *Vaisseaux en forme de Tendons de vigne*. A. Wreathed vessels.

CAPREOLI, sunt filamenta tenuia, ex caulibus enata, contorta, quibus plantæ nonnullæ dotata sunt, ut aliis sese annectant, uti est in vite, clematitum, finilacum &c. speciebus. B. *Klawieren*. G. Die *Gäbelein*. Gall. *Les tendons*. A. Clasp, or Tendrolls.

CAPREOLUS AURIS. Vide *Helix*.

CAPRIFICUS, quasi diceret *Ficus capri*, fortè quia à Capris expetitur: vel à carpendo, quòd parietes & maceries, atque adeo saxa ipsa sibi obstantia discerpat. Mart. *Marmora Messala scindit Caprificus*. Gr. *Ἐπίειδος*, seu *Ἐπίειδος*, an ab *ἔειδος*, quod cum ex arbore velut contendendum sit & luctandum, ut maturet fructus suos. B. *Wilde Dijnge-boom*. G. *Wilde Feigen-baum*. Gall. *Figuier sauvage*. A. The Wild Fig-tree.

CAPRIFOLIUM, est Periclymeni species: cujus folia ramorum nodis adhærent, bina, per intervalla sibi invicem opposita, oblonga, acuta, mediocriter ampla, mollia, in parte superiori viridia, in inferiori albescencia; finis pedunculi abit in foliolum, quod à pedunculo perforatur, in hoc foliolo, circa pedunculum perforato foliolo emergunt sex ovaria plerumque longa, urceolata, quorum apex coronatur corona quinquifida; intra hanc, ut calicem apici ovarii innascitur flos monopetalus, inferius tubulosus, superius bilabiatus, superiori labio multifido, simplici, & linguæ simili: stamina quinque ex pariete interno tubulatae partis floris: ovarium tuba longâ apice globoso donata instructum, fit bacca mollis, per maturitatem rubicunda, factâ femine compresso, ferè obrotundo, satis duro: radix longa, repens, lignosa: sic appellatur, vel, quòd ejus folia à Capris avidè comedantur; vel quòd extremi flexus sint capreolati. Belgæ tamen *Geitenblad* vocant, quasi hircum oleret, vel

vel hircō quid simile haberet, vel, à capiēdo, quòd circumvolvendo ad se vicinas arbores aut frutices capiat, aut vocet. **B. Kamper foelie / Memmicheus-kruid** G. Geiszblatt, Speck-gilgen, Zeuling, Wald-gilgen. Gall. *Chevre Feuille*. A. Wood-bind, hony suckle.

**CAPSICUM**, ejus variæ sunt species, sed vulgarissima est filiquis longis propendentibus; habet caulem angulosum, durum, villosum, ramosum: folia longa & acuta, instar Perlicariae, sed latiora, satis carnosâ, coloris viridis fusci, pediculis adhærentia: calix est parvus, brevis, rigidus, expansus: flores monopetali, rotati, multifidi, fructui insidentes: flori succedit fructus mollis, membranaceus, in duo vel plura loculatamenta divisus, politus, splendens, in initio viridis, deinde flavus, post maturitatem ruber aut purpureus, sævus seminibus planis, serè reniformibus, coloris flavescēntis subrubicundi: radix brevis, tenuis, multas fibras dans: crescit hæc planta in regionibus calidis, ut in Hispania plerumque pro pipere habetur Brasiliensi: & nomen hoc Actuarius accepisse credit à *καπρω*, quòd semen hujus non tantum mordeat, sed urat. Vel *ἀπὸ τῆς κάψης*, quòd in capsula seu folliculo, ac quasi cista semen ferat. Gall. *Poivre d'Inde*, *Poivre de Guinée*, *Poivre du Brésil*, *Corail de Jardin*, *Piment*.

**CAPSULÆ ATRABILARIÆ**, sive *Renes Succenturiati*, aut *Glandule suprarenales*, sunt duæ glandulæ flavescēntes, compressæ, utrinque superiori renum parti incumbēntes, in quibus angusta cavitas, liquore fusco subdulci illita: figura harum valde irregularis, quadrata, triangularis, ovata &c. magnitudo varia, in adultis sæpe instar nucis vomicæ majoris; in fetu verò major, & æqualis renibus, imò subinde major. *Usus* eorum est ut lympham in suas cavitates suscipiant, quâ sanguis crassus à renibus refluus, & sero maxima ex parte destitutus, diluatur, & ad cursum circularem fluidior reddatur: cum nullus ductus excretorius hæctenus detectus sit; ideo usus harum incertior videtur, quàm ut aliquid certi de his dici possit, videtur tamen major in fetu quàm in adulto, esse. **B. De nier-doozjes / nier-kieren / malè zwarte gal-doozjes**. G. Die Schlieren an den Nieren, oder Nieren Sacke. Gall. *les Glandes sup-renaes communément dites*

*ditæ capsules atrabillares.* A. The Reins glandules.

CAPSULA CORDIS, idem quod *Pericardium*.

CAPSULA COMMUNIS *Glissonii* in Hepate, nihil aliud est quàm membrana à peritonæo producta, cui porus biliaris & vena portæ in hepate simul includuntur. B. **De gemeine doos van Glissonius.** G. Das Leber-fäßlein von Glisson. Gall. *Capsule de la Veine Porte, ou capsule de Glisson.* A. The common cover of Glisson.

CAPSULÆ SEMINALES, sunt extremæ, vasorum semen deferentium, capsularum instar, dilatatæ cavitates, quæ per duo foramina, semen à testibus receptum, in vesiculis seminales emittunt, ut in iis ad coitus tempus asservetur, vel per vasa lymphatica in massam sanguineam reducat. B. **Zaat-doosjes.** G. Das saamen fäßlein. Gall. *Capsules ou vesicules seminales.* A. The Seed-boxes.

CAPULUM, est palpebrarum, aliarumque partium contorsio, à *καύρω* contorqueo.

CAPUT, est pars corporis humani suprema, collo superposita, in se concludens tertium sive supremum ventrem, cerebri & cerebelli, in qua anima habitare videtur, domicilium præcipuum. Quod in summo positum est, oculorum gratiâ. Extus ossibus tegitur & cute cum musculis. Laterales partes sinciput; posterior occiput, & anterior frons dicitur. Infra frontem sequuntur oculi, nasus, os, mala, mentum &c. B. **'t Hoof.** G. Das Haupt, der Kopf. Gall. *La Tête.* A. The head.

CAPUT, in vegetabilibus est id, quod fursum deorsumve in globum extuberat, aut in orbem glomeratur. Si magnitudine cesserit, *capitulum* nominatur. Extremam tamen vitis partem *caput* etiam vocant, id est, ultimum & productissimum flagellum.

CAPUT GALLINAGINIS, est quadam in urethra caruncula, seu eminentia, juxta quam ex vesiculis feminalibus, tanquam per duos oculos semen in urethram excernitur, facta ne semen ex uno latere erumpens, in osculum alterius lateris impingat. Atque sic à similitudine dictum vocatur quoque *caput galli gallinacei.* B. **Het Henen-hoofd.** Gall. *la Caroncule, Tête de Poule, & Vermontanum.*

CAPUT MORTUUM, est residua illa materia, crassa

M

&amp;

& sicca, quæ in destillationibus omnium corporum, præcipuè mineralium remanet: communissimè autem remanentiam vitrioli notat, vulgò *Colcothar*, & *Terra Damna-za*. B. *De doode kop / doode overschot*. G. Der Dodten-kopff. Gall. *la Tête morte*. A. Dead head.

CAPUT-PURGIUM, idem quod *Errhinum*.

CARANNA, est resina duriuscula, tenax, non admodum glutinosa, Tacamahacæ similis, nisi quòd sit paulò odorator, splendidior, liquidior & densior. Adfertur ex Carthaginè Indiæ Occidentalis seu novæ Hispaniæ provincia, ubi ex vulnerata arbore elicitur, atque illinc foliis latis ac nervosis instar arundinaceorum foliorum involuta ad nos pervenit. Sæpe illud gummi in cucurbitis excavatis quoque colligitur.

CARBO, vide *Anthrax*.

CARBUNCULUS, idem quod *Anthrax*.

CARCHESIUS, est laquei species, ex duabus confans habenis, vim habens æqualiter extendendi. Sic dicitur à fine qui in summo navis malo habetur, quem Gr. *καρχησιον* appellant. B. *De mars-strik*. G. Der *fægelloch-strick*. Gall. *Lacq d'hune*.

CARCINODES, est tumor cancro similis, ex *καρκινος* cancer, & *ἰδω* forma. B. *Gen kanker-gezwel / de wolf / de byet*. G. Ein umb sich fressend geschwær, wie der krebs. Gall. *Chancre*. A. A species of a cancer, crab.

CARCINOMA, CARCINUS sive CANCER, est tumor semper in glandulis productus, ab acribus & obstructentibus humoribus ortum ducens, rotundus, durus, lividus, dolens, in principio pisi magnitudine, sed postea gaudet venis circum se turgidis, pedesque cancri referentibus, quamvis non semper. Ex *καρκινος* cancer, & *ῥίψα* depasco. B. *Kreeft-gezwel*. G. Der Krebs, das gefräsz, der Wolff. Gall. *Ulcere Chancreux, Cancer, Chancre*. A. A Canker.

CARCINUS, idem quod *Carcinoma*.

CARDAMANTICE, dicitur & *Iberis*, & *CARDAMINA*.

CARDAMINE, & *CARDAMON*, Nasturtii species, est planta, quæ folia ex radice erumpentia habet oblonga, obrotunda, caulibus longis adhaerentia: flores in summitate caulium, crescentes, albi, aut aliquantulum purpurei,

purei, quadrifidi, cruciformes : flori succedit filiqua oblonga, bivalvis, cujus valvæ per maturitatem helicis instar retroflectunt, & semina exigua subrotunda magno impetu ejiciunt : radix parva & fibrosa : hæc planta crescit in pratis & locis humidis : ex καρδαμουμ quod caput tentat, acrimonia sua dici volunt : quia sinapi simile sit. Malunt Alii καρὰ τὸ κέρως μύειν dictum, quod oculorum pupillas coëuntibus una palpebris, abscondat. Iterum alii ἀπὸ τῆς καρδίας, quod foveat cor, & in syncope illa, quæ cardiaca dicitur, plurimum valeat. Vel ἀπὸ τοῦ καρδάμω : imò verum Etymon ἀπὸ τῆς καρδίας censeo : quod cordatos & sapientes efficiat. Gall. *Cardamine, ou cresson des Prez, ou Passerage sauvage.*

CARDAMOMUM, habetur & majus, medium & minus. De majori duas species vidi, vulgare nempe quod oblongis folliculis includebatur, magnitudine feminis, quod in minori concluditur : Nigrum erat uti aloë succotrina; sapore cubebem ferè æmulans. Vulgò *Grana Paradisi*. B. *Paradijs grein*. G. *Paradeis-koerner*. Gall. *Grains de Paradis*. A. *Grains of Paradise, Greater Cardamom*. Altera species concludebat femen in duobus folliculis, colore & magnitudine cannabis femini non cedens, sed sapore eodem. Primo intuitu videbantur mihi esse nuces avellanæ, suis calicibus externis viridibus & exsiccatis, inclusæ. Sed unicus calix duos folliculos comprehendebat. *Medium* necdum vidi. Sed *Cardamomum minus vulgare*, minoribus includitur folliculis, albis & tripartitis, non piperem sapore æmulans, sed magis Aromaticum veluti ex caryophyllis & caphura, à καρδάμω & ἀμομω, habens ob saporem, cum cardamomo, & amomo similitudinem, vel dictum putant quasi nasturtium suave. Sed verisimilius nomen accepisse ab exotico vel Arabico verbo Cordumeni. B. *Kleine Kardamon / Paradijs-koorn*. G. *Cardamœlein*. Gall. *Maniguette, petit Cardamom*. A. *Cardamom, grains of paradise.*

CARDAMON, Græcè *Nasturtium sativum* Latine sonat. Barbari nostræ ætatis Herbarii *Cressionem Hortensem* vocant. *Cardamon* verò Græcis nonnulli dictum esse arbitrantur à καρδία corde, quod ejus morbis medeatur : vide *Cardamina*. Alii diversâ ratione usi, sic dictum credunt, quod caput suo calore & acrimonia tentet, quasi

καρδιαμον putant. Nam arcem mentis obsidens sua ferit acrimonia, & ignea vi præditum caput tentat. Et alii à καρ cor, & δωμα domo, quasi planta cordis deficientes vires restaurans. Vide *Nasturtium*.

CARDIA, seu καρ, est cor, sive musculus principalissimus, sanguini duntaxat circumferendo destinatus: vide cor, à καρδαινω palpo, vibro, ideo etiam pro καρδια dicitur καρδια. B. *Hert Hart*. G. Das Hertz. Gall. *le Cœur*. A. The heart. Vocatur interdum *Stomachus*, sive finistrum ventriculi orificium. B. *De krop van de Maag*. G. Der Mund von dem Magen. Gall. *l'orifice de l'Estomac*. A. Mouth of the stomach.

CARDIACA, est planta, Marrubio satis similis, plures habet caules ad altitudinem duorum vel trium pedum, crassos, angulosos, fungosos, intus medullosos: folia Marrubio majora, subrotunda, urticam referentia, profundè incisa, virido fusca: flos monopetalus, labiatus, cujus labium superius imbricatum & multò longius est inferiore tripartito: ex calice surgit pistillum posticæ floris parti ad instar clavi infixum, ac quatuor veluti embryonibus stipatum, qui deinde abeunt in totidem femina, angulata, totam capsulam, quæ floris calix fuit, occupantia: femina triangularia, nigra: radix fibrosa: tota planta fortem habet odorem, & saporem amarum, crescit in locis incultis, lapidosis: sic dicta quòd morbis cordis, vel potius stomachi medeatur, καρδια enim cor est. B. *Hertgespan*. G. Hertz-gespan. Gall. *Agripaume*. A. Motherwort.

CARDIACA PASSIO, *Cardiacus morbus*, *Cardiaca* & *Stomachica exolutio*. Idem quod *Cardialgia*. Item est suffocatio cordis ex polypo, vel sanguine coagulato &c. à καρδια cor. B. *Pen Hartsticking*. G. Hertz-ertickung. Gall. *Suffocation de cœur*. A. Pain of the heart, or mouth of the stomach.

CARDIACUM seu CORDIALE, est Medicamentum, cor (ut olim putabant) roborans: Sed potius blandum motum sanguini inducens, quo vires corporis augeantur, & spiritus exhausti reficiuntur, unde circulatio per consequens benignior & facilior redditur, ex καρδια cor, & καρδιω uro. B. *Pen Hartsterking* / sed malim, *bloed-sterking*. G. Ein Hertzsterckend Träncklein. Gall. *potion cordiale*, *cordial*. A. Cordial Medicines. CAR-



CARDIALE, idem quod *Cardiacum*.

CARDIALGIA & CARDIOGMOS, Plinio *Rosio Stomachi*, est dolor ingens, morsus, rosio, aut contractio nervi paris vagi & intercostalis stomacho inserti, à materia vellicante in ventriculo contenta, vel inflammatione in illo oborta. Ita ut ejus dolore cor, ob consensum, angustatum, & contractum, Lipothymiam pati videatur. Vide *Cardiaca passio*, à καρδια cor, & ὀδύνη doleo. B. *Maag-pijn / Herte-pijn / Herte-wee* G. Das Magendrucken, Hertz-wehe. Gall. *Douleur d'Estomac*. A. Pain of the heart, or mouth of the stomak.

CARDINALIS FLOS, five Trachelium Americanum, sic appellatur quòd istius floris color summè rubicundus Cardinalium vestimenta æmuletur, præsertim sole meridiano.

CARDIOGMOS, Idem quod *Cardialgia*, ex καρδια cor, & ὀδύνη doleo.

CARDOPATIUM, vide *Chamæleon*.

CARDUUS, an à *Cactos*? Est herba spinosa.

CARDUUS FULLONIUS, vide *Dipsacus*.

CARDUUS SUARIUS, vide *Chamæleon*.

CARDUUS VARIUS, vide *Chamæleon*.

CARDUUS SUARIUS & VARIUS: officinis & Barbaris Cardopatium appellatur, quod nomen haud dubiè corruptum est, deductumque à dictione *Pancreation*, nam sic olim esse nominatum Chamæleonem Apulejus testatur: aut à carduo vario, à qua dictione, *u* sc. littera in *p* & *r* in *t* mutata, in *Cardopatium* facilis est lapsus. *Suarinus* porro carduus dictus est, quòd sues, si in polenta exhibeatur, perimat.

CAREBARIA, est Cephalalgiae species, seu gravitas capitis, ex καρή caput, βαρὴ grave. B. *Hoofst-waarsheid*. G. Haupt-wehe. Gall. *Douleur de tête*. A. Heaviness of the head.

CAREUM, Est planta, quæ habet plures caules ad altitudinem circiter sesquipedis, quadratos, nodosos, vacuos, ramosos: folia tenuiter laciniata costæ per conjugationes innaescentia: flos est rosaceus & umbellatus, plurimis scilicet petalis constans, cordiformibus, inaequalibus, in orbem positis, & calici infidentibus: Is autem abit in fructum ex duobus seminibus compositum exiguis,

longiusculis invicem junctis, griseis, hinc gibbis, & striatis, inde verò planis, saporis acris & aromatici: radix longa crassa, carnosa, alba, aliquando flava: nomen habere refert Dioscorides ex regione Caria, nunc Lango: ubi abundè crescit. Dicitur etiam *Caros* & *Carui*. Gall. *Carvi*.

**CAREX**, est Junci acuti species, in arenosis tumulis circa mare succrescens, deducunt à caro: fortè ob solida folia. B. Heim. G. Reit-grafz. Gall. *Glaxent de Marais*. A. Sedge, Sheer-grafz, Burr-reed.

**CARICA**, sic ficus vocatur à caria natali solo.

**CARIES**, **TEREDO**, **TEREDUM** & **PÆDARTHROCAE**, est ossis cancer, seu corruptio & exesio, à medulla in ejus cavernulis putrefacta, vel aliis humoribus acribus, ibidem subsistentibus, ossis laminas corrodentibus, separantibus ab invicem, orta. B. *Beendzeter/ope en der beenen*. G. Beinfeule, Beinfraesser. Gall. *Carie*, *pourriture* & *vermoulissure des os*. A. Rottenesse of the bones.

**CARINA**, est illud rudimentum feminine primum, quod à mare communicatum ovo feminino, post varias mutationes fit ipsum animal; quodque propriè sic dicitur, cum constare observatur ex cerebro, cerebello, medulla spinali, ex quibus, explicatis, auctis, mutatis, cum aliis accretis conjunctis, animale corpus nascitur.

**CARLINA** seu **CAROLINA**, planta officinalis, quæ habet folia ex radice erumpentia, longa, ampla, profundè incisa, repentia, in orbem disposita, aspera, aculeata instar carduorum, coloris viridis pallidi: calix multis expansis aculeatis foliis cardui constat: floris discus sat patulus, constans flosculis fistulosis, radiatus ita ut petala plana sint, & secundò sterilia: semina post singulum florem sunt in apice vel papposa, vel emissis radiis penicilli modo coronata foliolis exiguis à se mutuo disiectis: radix sat crassa, cauliformis, fibrosa, ut plurimum in superficie cariota, foraminulenta, coloris foris rufi; intus albidus, odoris gravis & fragrantis, saporis penetrantissimi aromatici: sic dicta à Carolo Magno, primo ejus nominis Romanorum Imperatore, cujus exercitus usum hujus radice liberatus, & præservatus à peste olim fuisse fertur: dicitur etiam *Leucanthe* à *λευκη* alba & *καρυδα*, quasi spin 2

spina alba. Gall. *Carline ou Cameleon blanc ou Chardonnette*. A. Carline-Thistle.

CARMINANTIA seu CARMINATIVA, dicuntur flatūs discutientia, simul cum intestinorum dolore sublato, uti Anisum, &c. Carminare enim significat demulcere carminibus: veteres enim existimabant, Poëtas ope suorum carminum demulcere posse dolores atque motus nimis vehementes; unde Poëtos æquè ac Medicinæ inventor habitus est Apollo. B. *Wind-dryvende middelen*. G. *Wind-treibende mittel*. Gall. *Remedes Carminatifs*. A. *Carminative Medicines*.

CARNEOLUS, vide *Sardius Lapis*.

CARNOSA MEMBRANA, sive caro quadrata, vel palmaris brevis, hæret in aponeurosi palmaris longi, dicitur contractam volam explicare. B. *Bliesig / vlieg*. G. *Fleisch Häutlein*. Gall. *le Palmaire cutané ou le court palmaire*. A. *Carnous membrane*.

CARO, est substantia muscularis, constans ex fistulis, sanguinem ex arteriis accipientibus, inque venas revellentibus. Veteribus dicitur quintuplex *Musculosa*, *Fistulosa* sive *Fibrosa*, ut in musculis & corde. *Parenchymatica*, ut pulmo, hepar, lien. *Viscerosa*, ut intestina. *Glandulosa*, ut pancreas, glandulæ mammariæ, salivares &c. *Spuria* ut Gingivæ, labia, penis glans, &c. Gr. *σαρξ* & *εἶλας*, sed illa distinctio nullius est momenti, cum nulla caro sit, nisi musculosa. B. *Blies*. G. *Fleisch*. Gall. *Chair*. A. *Flesh*.

CARO, etiam significat substantiam istam molliorem fructuum succulentorum, quæ cortici subest, quam aliàs pulpa vocamus, ut *Pulpa*, vel *caro cassia*, *cydoniorum*. B. *Blies*. G. *Fleisch*. Gall. *Chair*. A. *Pulp*.

CARO QUADRATA, sive CARNOSA MEMBRANA.

CAROTA & CARYOTA, credunt à Germanica voce derivari *Gar root*, hoc est totum rubens, quia radix intus & extus obscure rubet: sed errant, nam à Græcis vocem hanc mutuati sunt Romani: derivatur enim à *ceras*, sed *Dores caras* dixerunt.

CAROTIDES *Arteria*, sunt duæ arteriæ ortæ ex aorta paulum supra cor, ubi incurvari incipit, sursum exporrectæ versùs caput; una est *dextra*, altera *sinistra*, u-

traque dividitur in *externam*, & *internam*, postquam carotis ad cranium ferè appulit, oritur *externa*, quæ paulùm reflexa, ad fauces, faciem, capitis verticem, & retrò aures variè distribuitur. *Internus* alter verò ramus apparatu quodam velut mechanico, os cuneiforme pertransit, in eo enim peculiaris in utroque latere canalis insculpitur, in quo arteria illa in majorem cautelam tunica insuper ascititia crassiore investitur; sic igitur ductu instar S. duplicis canali osseo elapsa, tunicam ascititiam deponit, & τὸ ἰνυσιφάλλο suo sanguine prospicit, circa nervum igitur ophthalmicum ascendens, ad latera porrigitur, deinde ad anteriorem cerebri regionem intra ductum nervorum olfactoriorum: Ultimò ad posteriora protrahitur & juxta medullam oblongatam & spinalem medullam cranio exiens, eam suo liquore ad os sacrum usque irrigat. Olim arteriam illam vertebralem seu internam vocabant, eo quod putarint eam ascendere & cranio immisso cum carotide conjungi, quod tamen juxta accuratiss. *Willisium*, secus exprimitur. *Soporales* seu *Carotides* vocantur, quia si vinculo constringantur, illicò affectus soporosi excitantur: Veteres enim malè soporem ordinarium inde produci existimabant. *Carpo* & *Celso* Σφαγίτις appellatur, id est jugulares, à καρπὸν soporem induco. B. *De krop-slag-ader / de slaap-slag-ader.* G. Die schlaff-puls-ader. Gall. *Arteres carotides.* A. The carotik Arteries.

*CARPENTARIA*, in Gallia vocatur, propriè *Herba Judaica*, sic dicitur quod fabri lignarii eâ vulneribus medeantur: *un charpentier* enim est sâber lignarius, eo quoque nomine *Nasturtium hyemale* appellatur.

*CARPESIMUM*, qualis sit planta inter Eruditos disquiritur; alii cubebem volunt, alii Ruscum, alii aliud quid. Gr. καρπησίον, à κάρπος festuca tenuis vel palea, quæ in frugibus aruit: vel è κάρπον cum verius de caulium quam radicum sarmentis dici videtur.

*CARPIA*, à Gallica voce *charpie* originem ducit, vulgò *carpie*. Latinis *linteamentum carptum*, vultumve è linteis concerptis: *Linamentum rasile.* Gr. τιντὸς μοτὸς, διάσπυρτο *Aginetæ*, τιντὸς μοτὸς *Apfyrtο*. *Delinamentum sanarium*; est concerptum linamentum, quo vulnere ulcerive immisso sanies inanitur. ἑμπύρο μοτὸς *Hippocrati Linamentum*

*rasile*, & lanugine linteorum erasa conficitur. *Ευρις μορδς*. *Ευριμα Erotiano*, *ἀχνη ἰδορὺς Hippocrati*. B. *Geschzabde wicken*. *Linamentum tortile* à materia contorta fit *επειρὸς μορδς*. B. *Gedzaide wicken* / vulgò *pluksel*. G. *Pluckfel*. Gall. *Charpie*. A. *Plucking of Linne*.

CARPINUS, est Aceris species, cortex hujus arboris est scaber & asper, coloris albescentis: rami valde extensi; lignum durum, albescens: folia satis ampla, dentata, ulmi satis similia: flos amentaceus est, petalodes, axi longo communi adnatus; staminibus multis sub foliolis natis, in uno loco plantæ hærens: Ovarium ovatum apice piloso, membranaceo involucreo tectum, & tubis binis instructum; fit fructus in eadem planta loco à flore remoto, in spicis foliaceis reconditus, osseus, umbilicatus, compressus, striatus, fetus nucleo rotundo acuminato: putatur dici à carpo, vel à *κάρφω* sicco, quia lignum habet siccum. Vel quod facile finditur. B. *Jok-hout* / *Jok-boom* / *Wiel-boom* / *Hane-beuk*. G. *Hanen-buchen*, *Steinbuchen*. Gall. *Carpene*, *Hoistre*, *Hestre*, *Charne*. A. *The Horn-beam*, or hard beam tree.

CARPOBALSAMUM, est Balsami fructus. Ex *καρπὸς* fructus, & *βάλσαμον*. Vide *Balsamum*.

CARPUS, vulgò BRACHIALE, prima palmæ pars *Celsò καρπὸς, κίς Hefsch*. est pars brachii inter partem inferiorem cubiti & manûs: Constat ex ossiculis octo, quibus cubitus manui connectitur. B. *Wooz-jant*. G. *Das Gelenck nach der hand*. Gall. *Le poignet*, *l'avant bras*, *Le carpe*. A. *The wrist*.

CARTHAMUS, sive CNICUS, Est planta, quæ caulem unicum ad altitudinem duorum circiter pedum dimittit, rectum, longum, rotundum, lignosum, durum, in parte superiore in plures ramos divisum: folia sunt oblonga, mediocriter lata, acuta, venosa, ad ambitum multis spinis instructa: summitates ejus habent multa capita desquamata, avellanæ crassitie, alba, foliorum capitulo instructa: hisce floribus delapsis apparent semina oblonga, nuda, hordei grano paulò crassiora, polita, alba, splendens, cortice duro tecta, & plena medullâ albâ, dulci, oleosâ, postea acri, & nauscosâ; radix est tenuis. Flores Tinctoribus inserviunt ad colorem rubrum conficiendum: An à *καθαίρω* purgo, & alvus? Vide *Cnicus*.

**CARTILAGO**, est pars alba, ligamento sicciore, duriorque; ossè verò mollior, admodum elastica, & lubrica; obducit ossium capita & cava, inunctaque pingui linimento, ex glandulis ligamentorum secreto, articulationem faciliorem reddit, partesque varias ab injuriis externis defendit. Gr. *χρῆστος* & B. *Krahe-bren / knoz-been*. G. *Kreppel-bein*, Knorpel. Gall. *Cartilage*. A. A *Cartilage*, or *gristle*.

**CARUM**, & **CARUUM**, vide *Careum*.

**CARUNCULA**, vid. caput gallinaginis.

**CARUNCULA OCULI**, est corpusculum in angulo majori oculi situm, spongiolæ formam habens, multis protuberantiis hirtum, veluti acinus botryos, colore rubro; operculi instar incumbens sacculo lacrymali, transfudans ex glandulis suis continuo humorem tenuissimum, ne areseat vel cum vicinis concreseat partibus; cujus usus est, ne palpebræ contra bulbum oculi perfectè claudantur, sed per hanc eminentiam cavum maneat, in quo liquidum lacrymarum collectum, per puncta deinceps lacrymalia absorberi commodè possit. Non reperitur hæc caruncula in animalibus, quibus cortina adest; non pertunditur ullis foraminibus hætenus notis, ex quibus liquidum qualecunque exire possit, neque videtur esse operculum sacci lacrymalis lacrymas imbibens, nam simulac duo puncta lacrymalia læsa sunt, integra licet caruncula, sit lacrymarum stillicidium; verus ergo ejus usus videtur, ut non solum liquidum lacrymarum determinetur in puncta lacrymalia, sed illud sebaceum ibi appulsum, affigatur & colligatur ad scabritiem dictæ carunculæ, unde postea in lemas siccatur avertitur. B. *Het Oog: sliertje*. Der augen schlieren. Gall. *Caruncule lacrymale*. A. Caruncule of the eyes.

**CARUNCULÆ LACHRYMALES**, idem quod *Caruncula oculi*.

**CARUNCULÆ MYRTIFORMES**, sunt orificii vaginae muliebris corrugationes, seu membranosa inæqualitates nullo certo numero comprehendendæ, quæ in parturientibus, & post partum ita obliterantur, ut earum vestigium vel minimum non remaneat. Ut plurimum conspiciuntur quatuor; ex hymenis laceratione creduntur oriri, & nunc duæ, tres, nunc quatuor; observantur, eo præ-

præcisè loco, ubi olim hymen erat; defuntque in infan-  
tibus. B. *Blaisige heubeltjes*. G. Myrten-gleiche bislein  
Fleisch. Gall. & A. *Caruncules myrtiformes*.

CARUNCULÆ PAPILLARÆ, sunt corpuscula exi-  
gua in renibus, numero duodecim; propriè sunt fascicu-  
li à concentratione canaliculorum, ex quibus renum sub-  
stantia maximè constat, orti, qui serum à canaliculis re-  
cipiunt & in pelvim deducunt. B. *Tepelwijze klierjes*.  
G. Tuttlein gleiche schlieren. Gall. *Caruncules papillaires*  
*ou les Mammelons*. A. Caruncules in the reins.

CARUS, est sopor in quo ægri vellicati, compuncti  
aut vocati, vix sensationis notas ostendunt, est tamen ali-  
qua perceptio, sed subitanea, absque febre, vel ut mul-  
ti volunt cum febre, circa morbos enim soporosos maxi-  
mè dissentiunt Medici, Lethargo major, & Apoplexia  
minor est. Causa est obstructio vel compressio Pororum  
& Meatum versus cerebri medullium euntium & in  
corporis callosi, limbo saltem extimo, sedem habentium  
ipso cerebro illaso manente, à *καγω* soporem induco. B.  
*Slaap-sugt / slaap-zichte*. G. Schlaf-fucht. Gall. *éspe-*  
*ce de lethargie*. A. A Profound sleep.

CARYOCOSTINUM, est Electuarium, sic vocatum  
quòd caryophyllos & costum recipiat.

CARYON, nux est cujusvis generis, sed præsertim ju-  
glandis: à *καρυα* caput, quia est fructus rotundus, instar  
capitis humani: vel quia capiti gravedinem adferat.

CARYOPHYLLATA: Est planta, quæ habet folia lo-  
bata id est quibus ad latera excrescunt alia folia prioribus  
majora, & ad Pentaphylloides accedunt, hinc Rajus ali-  
que posuerunt ad agrimonoides ob habitus similitudinem,  
villosa instar agrimonie, sed magis dura & aspera, colo-  
ris viridis magis fusci, in margine incisa; flos est rosa-  
ceus, constans plurimis petalis in orbem positis, è divisu-  
ris calicis monophylli & pelvisiformis prodeuntibus; pistil-  
lum abit in fructum ferè & globosum, in quo semina plu-  
rima colliguntur oblonga caudata: radix crassior, oblon-  
ga, obrotunda ferè & fibrosa, coloris obscuri, odoris ca-  
ryophylli: sic dicitur, quia ejus radix caryophyllos quo-  
dammodo sapit & olet; appellatur etiam *Herba benedicta*  
& *Sanamunda* à divina sua efficacia. B. *Dagel-wortel*. G.  
Benedicten-wurtz. Gall. *Benoite, Galiot, herbe benite*. A.  
Avens, Herb-bennet. CA-

**CARYOPHYLLEUS FLOS**, est planta florifera, monoangeia, polysperma, cujus flores caryophyllos olent, unde nomen. **B. Nagelbloemen / Gronoffels / Angelieren / Tefte-bloemen.** G. Nagel-blumen, Gras-blumen, Nägelein-blumen. Gall. *Girofflée, Ouillets.* A. Gilli flower, or Clove July flower.

**CARYOPHYLLI GARYOPHYLLI**, ac si diceret *Nucifolium*, nomen, quod ipsi rei neutiquam respondet. *Caryophyllorum* arbores propagantur maturo ipsorum fructu, qui non est vulgare illud *Caryophyllum*, in tabernis notum, illud enim rudimentum saltem est fructuum. Ipse fructus Aromaticus immaturus, non aliud videtur esse, quam quòd verbi gratia, in rosa calicem, & quidem speciatim ejus capitulum, tandem fructum cynosbati constituit: hujus pars superior in quatuor cuspidulas divisa cum rosarum illo cortice lacinoso, Alabastri nomine noto, convenire videtur: ipse flos summitati huic innascens exterius quatuor crassioribus pelliculis involvitur; quæ invicem complicatæ globulum illum efformant, hisque se pandentibus flos demùm in conspectum venit, itidem quatuor foliolis primò candidis, deinde virescentibus, ex umbilico sive quadrato alveolo enatis constans, & multis staminulis albis, antheræ in modum, quasi totidem flosculis, prominulum ex umbilici medio apicem vel clavum ubique cingentibus, confitus. Bacca quando è viridi aut pallido rubescere incipiunt, capitulum aperiunt, floremque ostendunt, & earum vindemia instat, quæ cratibus imponuntur, & latis Ari foliis tectæ per aliquot dies fumo macerantur, deinde in sole exsiccantur, donec fulvum illum colorem acquisiverint, quali vulgò cernuntur. Arbores sunt quibusvis Lauris celsiores, non frutices. Folia Lauro quoque simillima sed angustiora. **B. Nagelen / Kruid-nagelen.** G. Nelcken, nagelein. Gall. *Clou de Giroffles.* A. Cloves. Fructus porrò maturi, quadruplo ferè majores sunt & crassiores, vulgò *Antophylli* dicti: Nucleum continent durum majores; sunt & magis ventricosi. **B. Moeder nagelen.** G. Mutter nelcken. Gall. *Antophyll.* A. Great cloves; Est & alia species admodum rara, minori forma, sed magis denticulata, & vocatur nostratibus *Lir oon-nagelen* & *Kronix-nagelen.* Omnes illæ species apud me prostant. Est &



cortex quædam ex America, & infula Cuba, allata, quæ & odore & sapore caryophyllis nequiquam cedit, vocaturque cortex caryophyllorum; arboris Xocoxochitl, seu Piper Tavaſci dictæ ab Hernande. B. *Paſel-hout*. G. Nelcken-holtz. Gall. *Bois de giroſſe*. A. The wood of the clove tree. Sunt & alii *Caryophylli Plinii* dicti, rotundi, magnitudine ribium, colore fuſco, faciliè friabiles, racematim Botri inſtar ſucceſcentes. Folia habent magna. Sapor feminis intus concluſi, imbecillem caryophyllorum ſaporem refert. Dicuntur & *Caryophylli*.

CARYOPHYLLI PLINII, vide *Caryophylli*.

CARYOPHYLLUS, ſi verbum verbo reddas *Nucis folium* ſonat, quo cum tamen ſimilitudinem nullam habet: ſed eſt potius fruſtus rudimentum, cui in fronte flos necdum apertus inſidet.

CARYOTA, vide *Carota*. Credunt à Germanica voce gar-root nomen accepſiſſe, fortè à caro, ob radicem rubedinem, quam cum carne habent. B. *Itaroten*. G. Rothe Ruben, rothe Paſtenach. Gall. *Carottes*. A. Caroth.

CASSIA FISTULA, *Nigra, Solutiva, Laxativa*. Iſtius fruſtus arbor eſt procera, inſtar juglandis, quæ creſcit in Indiis Orientalibus, Ægypto, & Alexandria, habet corticem grifeum, ſaporis adſtringentis; folia pinnata, & ferè cum juglande conveniunt, ſed acutiora ſunt, inſtar Perſici foliorum. Flores pentapetali roſacei, in orbem poſiti, ſubſtavi odoris gratiſſimi; piſtillum abit in ſiliquam oblongam, rotundam, cylindricam, teretem, lignoſam, aliquando compreſſam, in varia loculamenta diviſam à diſſepimentis tranſverſim poſitis, obductis medulla nigra, liquida, dulci, in ſingulis loculamentis hærent ſemina depreſſa, dura, obrotunda, nitida, coloris flavi: floribus huius arboris deciduis, ſiliquæ adeo indureſcunt, ut à ventis agitata tantum ſtrepitum edant, ut à duorum miliarium diſtancia audiantur: Gr. *καſία μέλαινα*. Unde dicatur, non ſatis conſtat. An ἀπὸ κοσμάτου, quod derma ſive corium ſignificat Myreſſo, quo calcei ſolent κοσμήσθαι? Certè ſiliqua, ſive arboris huius fruſtus craſſo ſatis operimento corticoſo, coriaceo & ſatis duro conſtat. Alii caſſam ab Acacia derivant ſed malè. B. *Pijp-kaffie*. G. Caſſien, Caſſieſiftel. Gall. *La Caſſe en bâton, Caſſe laxative*. A. The caſſia or pudding pipe tree.

**CASSIA LIGNEA**, Est Cassiæ lignæ Malabaricæ seu sumatrensis cortex, cinamomi in modum convolutus, cinamomo crassior, odore & sapore debilior, colore magis fusco, masticata, deliquescit in ore, & lentum quoddam glutinis quasi speciem relinquit, id quod cinamomo non accidit, cujus reliquiæ perpetuò supersunt: atque inde apparet hallucinatos fuisse illos, qui cortices cinamomi & Cassiæ lignæ sibi incumbentes, ab una eademque arbore detrahi, crediderunt. *παρὰ τὸ κάσσιον* dictam volunt, quasi *κορυμύσαν διὰ τῆς εὐρυκίας τὰς αἰσθητικὰς*: κάσσιον est enim ornare, vel quod sensibus fragrantiam largiatur. Vocatur & *Xylocassia*, & cinamomum spurium, canella ignobilior, Cassia Syrius vide *Cinamomum*.

**CASSUTHA**, recentioribus Græcis *Cassutha*, *γ* in u transeunte, ut ferè fieri solet, Latinis appellatur. Officinis & Herbariis nostræ ætatis hinc deflexa pristini nominis umbra, *Cuscutha* dicitur, cum primum *Cassutha*, deinde conversa *Cuscutha*, postremo *Cuscutha* cœperit appellari. Sunt qui *Podagram lini* vocant, quòd quasi compedibus id, cui infederit, illiget, nec vinctum eo facilè possit extricari. Plinius ejus videtur meminisse iis verbis; est in Syria herba quæ vocatur *Cassuthas*, non tantùm arboribus, sed ipsis etiam spinis circumvolvens sese: *Cassuthas* enim legendum non *Caditas*. Jam igitur memoria *Plinii* Cassuthas herba suo nomine syriaco venerat in latium, quod multis postea seculis usurpantes tam Pœni quàm Arabes, suis scriptis protriverunt, vide *Cuscutha*.

**CASTANEA**, Est magna & crassa arbor, cortice tecta polito, fusco, maculato, lignum est durum, in igne crepitans: rami valdè extensiles, & magnam umbram producentes: folia magna, ampla, longa, lata, tenuia, parùm aspera, in margine incisa, nervosa: flos mas, in hac arbore primo deprehenditur alio loco quàm ovarium, solitarius, ex calice pentaphyllo; valdè staminosus, per capillamentum tenue axi communi longo affixus, ut fiat amentaceus: alii flores hermaphroditi, constant calice & staminibus atque ovariis apice multifido & tubis sex distinctis, uno illo communi calice contentis; ovarium hoc deinde, ubi se expedivit, fit fructus echinatus alio à flore primo loco in eadem arbore, subrotundus, quadrifariam dehiscens, ut plurimum, fætus cata-

castanea sub coriaceo putamine rubicundo, nucleum continente : hæc arbor crescit in regionibus calidis. à Castano Magnesiæ oppido; vel à Castanide terra nomen habet. Non dicitur à castitate, quod quidam opinantur. Quæ terra Castaneas nutrit, Castalis Thessaliæ urbs, unde Castanea à terra Castanide urbe pontica, ubi copiosè provenit castanea. Malunt alii *Κάστανον* à Castana Magnesiæ urbe dici. Alii Castanam urbem Apuliæ scribunt, non procul à Tarento, de quo non laboro. Sufficit ab urbe vel ab agro quodam nomen hoc accepisse, vocatur à Virgilio *Nux*. Nuces generaliter dicuntur omnia, tecta corio duriore, vocatur item *Διὸς βάλανος*, *Σαρδιανὰ βάλανος*, *Λοπιών*. *Sardiana* quippe *Glandes* dicuntur, quoniam in Sardinia optimæ nascantur. B. *Castagne-boom*. Gall. *Marronier*, *Chateigner*.

**CASTOREUM**, quid sit extraneis nationibus vix sciri potest, quia Mercatores nostri illud emunt à nationibus, quæ illud iterum ab aliis habent. Alii testiculos, glandulas alii suspicantur. Anatomia detexit non esse testiculos, qui gallorum testes vix superant, sed vesiculas esse duas sive folliculos, qui tam in maribus quàm in feminis, utrinque in inguinibus, statim sub cute, ovorum gallinaceorum magnitudine, & sæpe majores conspiciuntur, ex quibus liquor oleosus & gravi odore emanat, quem animal lingua lambit. Vesiculæ exsiccatae verum sunt *Castoreum*. Illud utraque India præbet. Gr. *Καστόρειον*. B. *Webber*: *Swijn* / *Webbergeil*. G. *Bibergeil*. Gall. *du Castor*. A. *Castor*.

**CASTRATIO**, est Testium excisio, seu privatio, ne quis coitui aliquid contribuere possit. Vel quando id ex necessitate corrupti testis fieri debet. Is qui castratus est dicitur *Castratus* seu *Eunuchus*. B. *Lubbunge*. G. *Aufschneidung des heimlichen Glieds*. Gall. *Castration*. A. *Gelding*, or cutting away the stones.

**CASUS UVULÆ**, vide in *Cion*.

**CATACLEIS**, est costa prima, subclavicula dicta, ex *κέρτα* infra, & *κλεις* clavis. B. *De Opper-r.b.* G. Die oberste Rippe.

**CATAGMA**, est ossium fractura, sive separatio continui in duris corporis partibus, quæ externè duro quodam instrumento, vi partem affligente efficitur; cujus disie-

differentiæ à forma, à parte & accidentibus desumuntur.  
 B. *Beinbruch*. G. Ein Bein-bruch. Gall. *Fracture d'Os*.  
 A. The breaking of bones.

CATAGMATICA, sunt Remedia ad fracturæ curationem necessaria, à *κατάγω* deduco.

CATALEPSIS, *Catochus*, *Prehensio*, aut *Congelatio* est, quando is qui corripitur, subito corripitur, & in quo situ positus erat, immobilis manet, sive steterit, sive sederit, sive aliter flexus fuerit, respiratione salvâ, salvo pullu, apertis oculis, sine motu, loquela, aut sensu, nam rarum est si sermones aliorum intelligant, aut cibum vel potum, quem præbemus deglutiant; Verum inter externas causas sunt fulminis ictus, & acre frigus: proxima causa videtur esse immobilitas sensorii communis, pro ut primo momento insultus se habebat, à *καταλαμβάνω* prendo, corripio. B. *Zin-bang / leden-sty-bing*. G. Sinnen-benehmung, oder Unempfindlichkeit. Gall. & A. *Catoche*.

CATALOTICA, idem quod *Cicatrizantia*, à *κατάρθω* cicatricem induco, vel deleo.

CATAMENIA, sunt menstrua muliebria, quæ plerumque singulis mensibus, ab aucta copia, & hinc intumescencia massæ sanguinæ inducta, turgescunt & foras ex vasculis uteri, vel vaginæ dilatatis ex muliebribus prorumpunt; Quidam menstruorum causam lunæ motibus adscribunt, hoc autem concessio necessum foret, ut uno eodemque tempore, omnes simul menstruum fluxum paterentur. Menstrua incipiunt anno duodecimo, decimo tertio, vel decimo quarto: Desinunt verò, circa annum quinquagesimum, verum hoc exactè determinari vix potest. Supprimuntur in prægnantibus, & lactantibus: Regula tamen non est, ex *κάτω* infra, & *μην* mensis. B. *De Stonden / Maant-stonde / Kardinaals-muts / het Goed / Onpasselijshheid*. G. Monatliche Reinigung, Monat-zeit, Frauen-zeit. Gall. *Les menstrues, sang menstruel*.

A. Womans course, or monthly termes.

CATAPASMA, est pulvis fragrans, qui odoris sui causa vestibis inspargitur. Item pulvis fragrans qui post illinitionem, stomacho aut cordi applicatur, à *κατασπέρω* inspergo. Vide *Diapasma*.

CATAPHORA, idem est quod *Coma*, verum in eo dillic-

differunt, quod *Cataphora* tanquam genus omnium stuporum sine febris sumatur, videtur *Cari* levioris species. à κατὰ φύσιν deorsum fero, quia ægrorum membra deorsum concidunt. B. *Slaap-ziekte / slaap-zugt.* G. Die Schlaaffucht. Gall. *Grand Sommeil.* A. A deep or dead sleep.

CATAPHRACTICA, est nomen alicujus fasciæ seu ligaturæ, quæ thoraci accommodatur. B. *Een middelijsgband.* G. Brust-windel. Gall. *Bandelette de poitrine.* A. Breast swaddle.

CATAPLASMA, est Medicamentum externum topicum pultis consistentia. Præscribitur ferè duobus modis, nempe vel per coctionem vel sine ea. Illud fit frequentius; hoc sæpe majorum est virium. In illo jubentur asfumere vegetabilia, scopo convenientia, ut radices, herbas, semina, flores, fructus &c. additis farinis appropriatis, aut illis omisis, quæ omnia in f. q. liquoris, v. g. aquæ, cerevisiæ, lactis, vini, &c. coquantur ad pultis consistentiam. Hoc paratur ferè ex vegetabilibus minutim concisis, affuso tantum liquore sufficienti, eâ solum quantitate, ut respondeat consistentiæ pultis. Possunt hic quoque addi farinæ, mica panis, olea, unguenta, sicuti quoque in prioris generis cataplasmatibus, à καταπλασσω fingo, formo, illino. B. *Een papp / byje / cataplasma.* G. Ein Papp. Gall. *Cataplasme.* A. A Cataplasme, or pulst.

CATAPOTIUM, vulgò *Pilula*, est Medicamentum internum; quod deglutendo ad alvum subducendam & purgandam, in forma pilularum assumitur, ex κάτω deorsum, & πίνω bibo. B. *Buik-zuiverende pillen.* G. Pillulen. Gall. *Pillules.* A. A Pill.

CATAPTOISIS, est Epilepsiæ symptoma cum homines derepente in terram concidunt, à καταπίπτω deorsum cado, idem quod *Decidentia*.

CATAPUTIA, Tres dantur hujus species, quarum semina in officinis servantur, nempe *Maxima*, quæ est Ricinus Americanus major semine nigro. *Media* quæ est Ricinus vulgaris, & *Minima*, quæ est, Tithymalus latifolius cataputia dictus. Omnium vis est urens, & vehementissimè purgans fursum & deorsum.

CATARACTA, est duplex, *Incipiens*, seu *Suffusa*, vel *Confirmata* seu *Cataracta*, propriè dicta; *Incipiens* est

oculi suffusio, cum nempe nubeculae, festucae aut muscae, ante oculos volare videntur. *Confirmata* vero est, quando à pellicula tenui, pupilla in totum vel ex parte occluditur, ita ut radiis solaribus debitus ingressus præcludatur; vel quando ipsa lens Crystallina opaca fuit facta. Cataractæ confirmatæ curantur acu per membranam albugineam & corneam ad Cataractam usque adacta, quæ acu deprimenda, & si resiliat, comminuenda, deinde oculus aquâ rosarum & alumine conquassato obligandus, à *καταρρακτω* confundo vel impetuosè deturbo, quia sæpe subito hic morbus oritur; alii à similitudine Cataractarum, quæ sunt valvæ mobiles, quibus aquarum temperatur imperus, quia considerârunt hunc morbum tanquam valvam in humore aqueo, quæ visum interciperet; antiqui cataractas oculos Veneticos appellârunt, veneticus vel venetus denotat colorem glaucum, vel dilute cæruleum. Gr. *ὀπίχθυμα*. B. *De staar / een val-blicg*. G. *Staar*, *Staar-fell*. Gall. *Cataracte*, *Suffusion*. A. A Cataract.

CATARIA, vel *Nepeta*: est planta, cujus caulis ad altitudinem circiter trium pedum adscendit, quadratus, villosus, ramosus: folia urticæ vel Melissæ, in margine incisa acuta, lanuginosa, albescentia, odoris penetrantis, saporis acris: flores in summitate ramorum nati, flavi, aut albescentes, in spicam congesti, galea erecta, bifida, subrotunda, barba tripartita, segmento medio excavato, eleganter crenato, amplo; cæterum binis segmentis, ut alis orificium patulum labiorum cingentibus: semina quatuor, ovalia: Radix in multos ramos divisâ, lignosa: crevit juxta vias: videtur vox ficta à Belgico idiomate *een Kat / Cattus*: quia catti seu feles hæc plantâ delectantur & vescuntur. B. *Katte-kruud / Ripte*. G. *Keyten*, *Katzen-kraut*, *Katzen-muntz*. Gall. *Herbe au Chat*, *Pouliot*, *Menthe de Chat*. A. *Nip*, *Nep*, *Cat mint*.

CATARRHOPUS, seu CATARRHUS, dicitur vulgò, quando humores, vapores aut flatus deorsùm, ex capiteruunt. Vide *Catarrhus*, ex *κατω* deorsùm, & *ῥεω* fluo.

CATARRHUS, Veteribus dicitur humorum ex capite ad subjectas partes, ut nares, os, pulmones &c. defluxus; velut in Coryza, & Brancho contingit. Catarri tamen non dantur, nam à capite nihil fluit ad illas par-

partes : Sed glandulæ narium , & quæ circa oris partes sunt, sæpe obstruuntur, inflammantur, & hinc illæ lachrymæ. Convenit sic dicere

*Si fluat ad pectus, dicatur Rheuma Catarrhus.  
Ad Fauces Branchus, ad Nares esto Coryza.*

Destillationes, has Græci *καταρροὶς* & *καταρροῦσις* vocant, aliique fluores; sunt ut plurimum effectus frigoris, & præter naturam eveniunt ad glandulas, passimque per omnes corporis partes, ubi retrusa jacent vasa fecerentia subter loca frigore tacta : ut si frigore excipiatur facies, sequatur destillatio in nares; si cervix & collum, quæque juxta sunt partes, tum fluor ad fauces; sin inferiora, fiat inde fluxio ad intestina; & sic porro; sic pro diversitate arteriarum, venarum, aliarum partium frigore contractarum, varii oriuntur effectus; destillationes ad varias partes : ex *κατα* deorsum, & *ροῦσι* fluo. B. *Gen zinkinge / ka- tern.* G. Ein Flusz des haupts. Gall. *Catharre, Rheume, Fluxion.* A. A Rheum.

CATARRHUS SUFFOCATORIUS, est quando (ut Veteribus placet) humores excrementitii à capite ad organa respiratoria decidunt, & suffocationem minantur. Sed potius dicerem esse glandularum, circa laryngem, intumescantiam, vel inflammationem, aut convulsionem musculorum glottidis rimam claudentium, quâ respirandi difficultas, & suffocatio inducitur : causæ frequentiores observantur, materiæ eliquatæ in fauces, & pulmones subita destillatio; nervorum summa vitia ut in hysteris, polyphus cordis major subito in pulmones trusus; hinc videtur esse tantum hic morbus subito occidens *ἀπτοία*. B. *Gen smorende zinkinge.* G. Stæck-flusz, erstickende flusz. Gall. *Catharre Suffocatif.* A. A. Suffocating, rheum.

CATARRHUS SPINALIS MEDULLÆ, est, cum quædam vasa lymphatica, medullam spinalem ambientia, fuerint rupta, ex quibus latex si decidat, Catarrhus inducitur. B. *Gen sinkinge des ruggen graats merg.* G. Ein Flusz des Marcks im Ruck-grad. Gall. *Catharre de la Moëlle de l'Epine.* A. A Rheum of the Marrow of the Chinebone.

CATASARCA, idem quod *Anasarca*, ex *κατὰ* per & *σαρξ* caro.

CATASCHESIS, est dispositio bona, hæcicæ opposita. ex κατά per, & σχίσιν habitus, dispositio.

CATASTASIS, est corporis humani, vel temporis dispositio. à κατάσιν constituo.

CATATASIS, est extensio corporis versus inferiora, ex κάτω infra, & τένω tendo.

CATECHU, & inconvenienter Terra Japonica, fucus est ex variis astringentibus fructibus expressus, durus, gummosus & resinofus, ex purpureo nigricans, punctis albis intertextis quasi sitim contraxisset. Venit ex Pegu, Suratta, Magno Mogolis imperio, Malabaria, Bengala & Zeilon. Inter Pinang cum foliis Betel ut plurimum usurpatur. Verus fructus & basis est Acacia orientalis, planta Tamarindo non abfimilis. Si tantillum ori indatur, astringit primò, deinde saporem dulcem & gratum relinquit, eodem modo ac folia Thee masticata. Horti malabarici Author, dicit esse fucum inspissatum alicujus palmæ arceiferæ nucleo versicolori nuci moschatæ simili, cujus fructus sessilis *Fausel* dictus vel *Areca* & *Pynang*. Gall. *Cachou*.

CATEGORIA, ex κατά, & ἀγορά, forum Judiciale: quòd ea sicut in ipso cuncta sint ordinata. Unde est ordo, sive rerum series quædam.

CATHÆRETICA, sunt *Causica* seu *Escharotica*, sive Medicamenta, superfluum carnem auferentia & perforantia: distinguenda tamen videntur à causticis, quia carnem vivam alterare non debent, sed tenax adhærens, & semper corrupta vasorum ramenta ad vivam usque carnem resolvere & detergere; hinc detergentia fortissima sive exedentia. Ex καθάρσις dejicio, subverto, detraho. B. *Βζανδενδε middelen*. G. Brennende mittel. Gall. *Remedes cathetiques*. vel *Causiques*.

CATHARMA, idem quod *Catharticum*.

CATHARSIS, idem quod *Catharticum*.

CATHARTICUM seu CATHARMA, est Medicamentum purgans, quòd ventriculum, intestina & quicquid in sanguine heterogeneum & vitiosum fuerit, expurgat, & in communem cloacam, seu intestina præcipitat. Vide *Purgatio* & *Vomitorium*. *Cathartica* dicuntur vulgò *Cholagoga*, ut *Rhabarbarum*, *Scammonium*, *Cassia fistula*, *Diaprunum solutivum*, &c. vel *Plegmagoga* & *Hydra*.



*dragoga*, ut *Colocynthis*, *Falappa*, *Mecboacanna*, *Diaphenicum*, *Diacarthamum* &c. vel *Melanagoga*, ut *Helleborus niger*, *Folia Sennæ*, *Confectio Hamech*, *Trochisci Albandali*. Sed illa divisio à Neotericis jure rejicitur, cum purgantia ita specificè non operantur, ut creditum. Vocatur item *Purgans Med. Purgatio*, *Medicamentum ventrisuum* Aurel. quod alvum dejicit. *Καθαρσις*, *Καταρτησις* ἢ *Καθαριστὴς Φάρμακον*, Ἰππικρῶτος Hippocrat. Ἐλατῆριον Eustath. & Poll. *Καθάρσιμον Φάρμακον* Moschopulo. à *καθαίρω* purgo, mundo. B. *Een buikzuiveringe* / purgatie. G. *Aufzuehrende Artzney*, Purgation. Gall. *une purgation ou un remede Purgatif*. A. A purgative, or purging Medicine.

CATHEMERINA, idem quod *Quotidiana Febris*. Ex *κατὰ* & *ἡμέρα* ac si diceret *κατὰ ἡμέραν*.

CATHETER, *immissor* vel *demissor*, est instrumentum recurvum & fistulosum, quod per urethram vesicæ immittitur, ad urinam suppressam evacuandam, vel calculum in vesica hærentem explorandum; estque vel *Flexilis* in priorem usum, vel *Immobilis* in posteriorem simul; vel *solidus* cum crena, qui in incisione adhibetur, accipiendo cultellum dicatus in sua crena. *Ænea Fistula Celsi*, *Σίφων Ἐγνέτα*, à *καθίημι* immitto. B. *Een Catheter* / *Blaaspeilder* / een pijp. G. *Eine Harn aufzuehrende Pfeiffe*, Catheter. Gall. *Catheter*, *sonde*, *Tuyau pour tirer l'Urine*. A. An instrument to draw out urine.

CATHETERISMUS, est administratio, quæ per catheterem, injectio in vesicam, mediante siphone, & cathetere, fiat, à *καθίημι* immitto. B. *Een inspeutinge in de blaas*. G. *Einspruetzung in die Blase*. Gall. *Injection dans la Vesse*. A. An Injection in to the bladder.

CATHOLICUM, seu PANACEA, dicitur Medicamentum universale seu commune, omnes vitiosos humores corrigens vel educens. Ex *κατὰ* per, & *ἅλον* totum. B. *Een algemeen genees-middel*. G. *Ein Artzney wider alle Kranckheiten*. Gall. *Medicine Universelle*, *Panacée*. A. A general medicine or panacea.

CATHYPNIA, est gravi & alto somno esse oppressum, ex *κατὰ* per, ad, & *ὑπνός* somnus. B. *Een zware slaaperigheid*. G. *Eine sehr schwere Schlaf-sucht*. Gall. *Grand Sommeil*, ou *profond assoupissement*. A. Deep-sleep.

CATILLUS CINEREUS, seu OBRUSÆ CATILLUS,

LUS, Gallis *une Coupelle*, est species Catini, ex cineribus lotis facti; cujus usus est ad auri argentique depurationem. Vide *Cupella*.

CATINUS, idem quod *Cupella*.

ΚΑΤΩ PURGARE, hoc est per inferiora purgare, cui opponitur Ἀνω purgare, per superiora purgare.

CATOCATHARTICA, sunt purgantia per inferiora, ex κάτω infra & καθάρτικον purgatio.

CATOCHE, idem quod *Catalepsis*, à κατέχω detineo, retineo.

CATOCHEUS, idem quod *Catalepsis*, à κατέχω detineo.

CATOPSIS, est perspicacitas, à κατόπτω perspicio, B. ច្បាប់-ខ្លឹម-ខ្លឹម. G. Scharpffinnigkeit, klarheit. Gall. *Claire connoissance, penetration d'esprit*. A. Quickness, acuteness.

CATORETICA, CATOTERICA, idem quod *Purgantia*, à κάτω infra, deorsum.

CAUCALIS, Est planta, quæ habet caulem ramosum, villosum, ad altitudinem unius circiter pedis: folia aliquantulum Pastinacæ similia, sed tenuius dissecta, villosa: flos est rosaceus & umbellatus, plurimis scilicet petalis constans, inæqualibus, cordiformibus, in orbem positus, & calici insidentibus: Is autem abit in fructum compositum ex duobus feminibus oblongis, quæ parte, quæ se contingunt, plana sunt, ab altera gibba, striata, echinata, aculeata: nomen accepit, vel à feminum effigie, quæ vascula semisphærica imitantur: vel quod præarida strepitum edunt: *παρὰ τὸ κακῶσθαι* quod præter modum retorrida & exoleta sit. Gaza pedem gallinaceum interpretatur, idque quia Auctuarii Author, *οἱ δὲ καῦλον, οἱ δὲ μύστις, δημόκριτος βεῖον, Ρωμαῖον πῆδεμ γαλλινάκεμ, οἱ δὲ πῆδεμ πῆλλι, Αἰγύπτιοι σίτελις, alii Caucum, alii Muintin, Democritus Brion, Romani pedem Gallinaceum, seu pulli pedem, Ægyptii Sefelin vocant. Μύστιν* five pedem gallinaceum vocarunt, quod extremum folium Gallinæ pedi conforme est. *Καυκὸν* dictum testatur Oribasius. Hefychius *καυκὸν καῦλων* fortè *καῦλον, καὶ ἄγριον λάχανον, Cauliculus & olus sylvestre*. Sic fortè dictum, quod semen similitudinem quandam cum calceamento muliebri habet, quod *καυκίδα* vocat Athenæus: vocatur quibusdam *Daucus Sylvestris*, hinc fortè ex *Daucus, Daucalis & Gaucalis*.

CAVA

CAVA VENA, vide *Vena Cava*.

CAUDA, vide *Capillamenta*, & *Coccyx*.

CAUDEX, Στέλεχος, Στέλεχος, Κορυμη; dicitur in arboribus & Fruticibus, id quod à radice supra terram simplex assurgit usque dum in ramos explicatur, & in quod à radice fertur alimonia; producitur à concursu plurium radicularum in unum truncum collectarum. B. *De Stam.* G. Der Stamm eines Baums. Gall. *Tronc.* A. The stem, or trunk, or body, of a tree.

CAVITATES, sunt ventres majores, in quibus princeps aliquod viscus continetur; ut in capite, cerebrum; in thorace, pulmo, cor &c. in abdomine, hepar, lien, renes, ventriculus, intestina, vesica, &c. suntque tres, caput, thorax, & venter. B. *Hotligheden.* G. *Hölen.* Gall. *Cavités.* A. Cavities.

CAVITATES, minores sunt cerebri & cordis ventriculi, de quibus suo loco. Vide *Ventriculi*.

CAULEDON, est fractura ossis transversim facta, fracti ossis partes ita separans, ut è directo non jaceant, à καυλός caulis, virga. B. *Ein dwers-breek.* G. Ein Zwerbruch. Gall. *Fracture en travers ou transversale.* A. A breaking crosswise.

CAULIS, vocatur *Brassica*, quod præ cæteris oleribus insigni caule vigeat. Vide *Brassica*.

CAULIS, idem quod supra solum simplex profilit in herbis nominatur: sic utique caudex ad frutices & arbores; *caulis* ad herbas duntaxat pertinet. Gr. καυλός. B. *Stiel / struik.* G. Der Stengel. Gall. *Tige des Herbes.* A. The Stalk of any herb.

CAUSODES, idem quod *Causus*, à καίω uro, & εἶδος forma.

CAUSTICA, sive ESCHAROTICA, vel CATHÆRETICA, sunt quæ cutim & carnem in duram crustam, sive escharam exurunt, & si fortiora sunt, vel diutius applicata maneat, consumunt; sunt propriè illa, quæ omnia, quibus applicantur, consumunt. Ut sunt æs ustum, Mercurius sublimatus corros: ferrum candens &c. à καίω uro. B. *Bzandende middelen.* G. Durch brennende mittlen. Gall. *Remedes Caustiques, catheteriques.*

CAUSUS, seu FEBRIS ARDENS, ea est, quæ cum majori æstu, quàm in alijs continuis, cum hic sit urens

ferè ad tactum, & inæqualis diversis locis; respiratione anhelosâ & citâ: cutis siccitate magnâ; exacerbatione die impari, anxietate & inquietudine summâ, siti ferè intolerabili, aliisque symptomatibus insigniorem sanguinis phlogosin arguentibus, cursum suum peragit, à καίω uro. B. *Brandende Koozts*. G. Ein hitziges Fieber. Gall. *Fièvre chaude, ardente*. A. A Burning fever.

CAUTERISATIO, est artificialis quædam ustio mediante cauterio, à καυτηρίαζω cauterio inuro. B. *Brandung*. G. Daz brennen. Gall. *Cauterisation*. A. Cauterising.

CAUTERIUM, est instrumentum Chirurgicum ex ferro, auro, vel argento confectum, quod postquam incanduerit, actualem inurendi vim obtinet, cujus magnitudo & forma variat. Quandoque etiam pro cauterio potentiali sumitur ex lixijs vel calce viva cum sapone paratum, à καίω uro. *Cauterium actuale* vocatur. B. *Wadeltjh brand-pfer*: potentiale verò *vermogelijh*. G. Fick-eisen, Cauterie, Brenneisen. Gall. *Cautéré, Feu Actuel*. A. Searing iron or actual Cautey. Sed potentiale cauterium. B. *Mogelijhe branding / inetend-middel*. G. Nicht durch brennende cauterie. Gall. *Feu Potentiel*. A. A potential Cautey.

CEDMATA, dicuntur defluxiones ad articulos, & præcipuè ad coxendicem, à σκεδάζω dissipō, dispergo. B. *Diœpingen*. G. Ein Flusz. Gall. & A. *Fluxion, Rheume*.

CEDRUS, est arbor valdè procera, crassâ, erecta, pyramidalis, cariei non obnoxia: cortex politus: lignum durissimum, rubicundum, habens odorem Cypressi: Rami tortuosi & nodosi: folia angusta, viridia, parva, squammosa, Cypressi æmula: flos est amentaceus, constans foliolis multis donatis apicibus multis: fructus in eadem planta loco à flore remoto natus, est bacca turgens officulis angulatis, factis semine oblongo: Hæc arbor crescit in regionibus calidis: in monte Libani elegantissima reperitur, hinc ob altitudinem & pulchritudinem, dicitur Arborum Regina: æstate, vigente calore, Resina alba, pellucida, transparens, sponte absque incisione defluit, quæ instar mastichis granorum indurescit. Dicitur quasi à καίω uro: nam uritur ex ea Resina celebris, quæ *Cedria* dicitur: vel *καζα τὸ κέρυς*, ab aculeo, planta enim

enim est spinosa. Gall. *Cedre du Liban.*

CELASTRUS, arbor, ex iis quæ tardissimè suos fructus perficiunt, an à κηλὰς quatenus *dies Hiberna*, κηλὰς ἔχει, arbores quædam agrestes; item vasa pastoralia.

CELE, est tumor Herniosus in quacunque corporis parte excitatus, à κηλῶ intumescō. Vide *Hernia.*

CELLULÆ INTESTINI COLI, sunt cavitates, vel vesiculæ, factæ à tribus ligamentis partem illam fistulæ intestinalis contrahentibus; ut feces ibi diutiùs remorentur, & major fiat liquidi exhaustio. In quibus stercore aliquamdiu morantur, ut adjacentes partes suo calore foveant, & quacunque cruda sunt, diutiùs in iis coquantur & fermententur. Ita in vesiculis feminalibus habentur cellulæ, ad feminis subitum effluxum retinendum. B. *Celletjes.* G. *Lœchlein.* Gall. *Cellules des entrailles.* A. Cavities in the guts.

CEMENTATIO, est modus aurum purificandi per modum cementi regii. Vide in *Cementum.*

CEMENTUM, est pulvis, cujus ope calcinatio cementatoria peragitur. Vel ut alii, est mineralis acuta materia & penetrans, cum qua metalla strata, ad cemetandum reverberantur atque ita corroduntur, vel calcinantur: estque vel simplex vel mista: Item in forma pulveris vel pastæ. Hinc *Cementare* & *Cementatio.* B. *Verhalkinge met stof.* G. *Kalkmachen mit staub, Cement.* Gall. *du Ciment.* A. *Cement.*

CENCHRIAS, est Herpetis species, à similitudine feminis milii, *Herpes miliaris* dicta, à κένχρη & milium. Vide *Herpes.*

CENCHROS, est milium, fortè enim à κέρω aspero. Milium album seu luteum est caule aspero & hirsuto, vel à κέρων siccum, nam milium est siccissimum. Vide *Milium.*

CENEANGIA, est vasorum sanguineorum evacuatio per venæ sectionem, à κενώω evacuō, & ἀγγεῖον vas.

CENOSIS, à κενώω evacuō, Idem quod *Evacuatio.*

CENTAURIUM, vocantur duæ plantæ valde à se invicem diversæ, quarum una dicitur *Centaurium majus*, altera minus; majus dicitur & *Rhaponticum Pharmaceuticum*: Minus est planta; quæ habet unum vel plures caules parvos, angulosos, politos: folia sunt con-

jugata, fat crassa, oblonga, hyperici fatis similia: hæc ex radice, illa ex caule erumpentia: flos monopetalus, quinquifidus, in umbellam congestus; coloris rubicundi vel purpurei, aliquando albi: post florem succedit fructus ovatus, oblongus, in duo loculamenta divisus, femina exigua continentia: radix est exigua, insipida, lignosa: crescit hæc planta in locis siccis & arenosis. Sic appellatur, quod eo curatus dicitur Chiron centaurus, cum Herculis excepti hospitio pertractanti arma, sagitta excidisset in pedem; hinc à quibusdam etiam *Chironium* *Κενταύριον λιμνήσιον & λιμναϊον* Græcis: *Febrifuga* & *Fel Terra* Latinis. *Limnesion* & *Limnaeum* dicitur, quod secundum aquarum scatebras ac paludes, quas Græci *λιμνας* dicunt, nascatur. *Febrifuga*, eo quod febres fugat & procul è corpore pellat. *Fel Terra*, ob summam quam habet amaritudinem. B. *Wuizend Gulden-kruid* / & tum vox composita videtur ex centum, & aurum. B. *Centaurie* / *Wuizent gulden-kruid* / *Santorie* / *Ward-gal*. G. *Tausent gulden kraut*, *Erdt-gall*, *Fieber-kraut*, *Biberkraut*. Gall. *Centaurée*, *fiel de Terre*, *Centoire*. A. *Centory*, *Centaurie*.

**CENTI MORBIA**, vid. *Centum morbia*.

**CENTRUM**, est medium corporis non Mathematicè sed Physicè sumptum, idque cor esse affirmant, à quo tanquam centro, sanguis in ambitum corporis propellitur & circulariter relegatur, à *κεντρον* pingo; punctum enim est medium cujusque circuli. B. *Het middel-punt*. G. *Der Mittel-punct*. Gall. *Centre du corps*. A. *The middle of a body*.

**CENTUM CAPITA**, vide *Eryngium*.

**CENTUM MORBIA**, Est planta, quæ plures habet caules tenues, longos, ramosos, repentes: folia circinatae ferè rotunditatis, ex adverso caulis repentia, viridia, saporis adstringentis. Flos monopetalus, multifidus, arctè cauli adnatus: huic flori succedit capsula vel testa rotunda per maturitatem dissiliens, habetque femina minima: radix parva: crescit hæc planta in locis humidis: est *Nummularia*, quia creditur à mirifica sua, quam in pluribus ulceribus medendis obtinet, facultate sic appellari, sunt qui à foliorum similitudine, quæ nummi speciem referunt *Nummulariam* vocant. A. *nonnullis*

*Hirudinaria*, quod passim terræ Hirudinis instar affixa sit, dicitur. Nec desunt, qui Serpentariam appellent, quòd compertum sit serpentes hâc herbâ, si vulnerentur, sibi mederi. B. **Penning-kruit** / **Dupzend-kruit**. G. Egelkraut, Pfennig-kraut. Gall. *Nummulaire*. A. Two penny-grass or Money wort.

**CENTUM NODIA**, est *Polygonum*, constans ex plurimis nodis.

**CENTUNCULUS, & CENTUNCULARIS HERBA**, vide *Gnaphalium*.

**CEPA, CEPE**, Idem quod *Cæpa*.

**CEPÆA**, fortè sic dicitur per ἀντιφρασιον, quòd in hortis non nascatur, ut plura alia, quæ in littoribus reperiuntur, vel nomen accepit, quòd hortensi solo gaudeat, ac in hortis tanquam luxuriat: κήπος enim est hortus nisi fortè κηραιας nomen accepit παρὰ τὸ κάρω τετίσι πνίω Spiro, quòd flatus discutiat.

**CEPHALÆA**, est dolor capitis pertinax, inveteratus, & difficulter cedens, à κεφαλή caput, & ἄγω laboro, ago. B. **Angelwoztelde hoofst-weer**. G. Haupt wehe von langer zeither, staetz wehrende haupt-wehe. Gall. *Continueulle douleur de tête*. A. A Continual paine of the head.

**CEPHALALGIA**, sive *Capitis dolor*, sed recens, hinc à *Cephalæa*, quæ inveteratus dolor est, differt, is appellatur, qui aut totum caput, aut aliquam calvariæ partem affligit, atque adeo frequens est iste dolor, ut rarò invenias eum, cui per totam vitam nunquam caput doluerit, & certè capitis dolor, ex æquo omnes aggredi solet, atque nemini fermè parcere, sive fuerit obelus, macer, torosus, jejunos, ventre plenus, sobrius, intemperans, æger, aut quoad cætera sanus; denique juvenis, senex, vir, foemina aut quivis. Imò levis adit ægritudo oportet, aut rarò felicitas, quando non adest *Capitis dolor*. Partes quæ in dolore capitis affici solent sunt vel *externæ*, ut cutis, muscoli, pericranium. Vel *internæ*, uti meninges, nervi, cerebrum, periosteum &c. Distinguitur quoque in *externum* & *internum*; *Particularem*, partem hanc vel illam affligens, unde variæ denominationes. In *Accidentalem* à sole, æstu, ira, potu, febri &c. In *Habitualement*, *Levem*, *Vehementem*, *Acutum*, *Hebetem*, *Brevem*, *Diuturnum*, *Perpetuum*, *Intermittentem*, *fixum*, *vagum*,

*vagum, molestissimum, frontis, à gravedine &c. ex κεφαλή caput, & ἀλγίω doleo. B. Hoofst-werc, Hoofst-pijn. G. Haupt-pein, Haupt-wehe. Gall. Douleur de Tête, mal de tête. A. Headach or paine of the Head.*

**CEPHALARTICA**, sunt Medicamenta quæ caput purgant: quæ dicuntur *Caputpurgia*, ex κεφαλή caput, & ἀερίζω perfectum reddo. **B. Hoofst-middelen. G. Haupt-reinigende mittelen. Gall. Remedes pour la tête. A. Medicines which purge the head.**

**CEPHALICA**, sunt Medicamenta, quæ stomacho recepta, & ad caput delata, in idem operantur, vel sanguinem, aliàs ineptum ita disponunt & præparant, ut capiti proficit ac medeatur: Cephalica autem duplicia sunt, 1<sup>o</sup>, quæ tenui oleo, sale, spirituque abundant, omnia igitur attenuantia talia dici possunt, ut sunt omnes herbæ Cephalicæ dictæ, insecta quædam ut Afelli; nec non spir. salis armoniaci, spir. cornu cervi, Tinct. Castorei, nec non sal volatile oleosum, olea aromatica; & reliqua quæ odore & sapore inprimis grata sunt, vel 2<sup>o</sup>, frigida, nimirum illa, quæ odore grato nares afficiunt absque calore, qualia sunt lilium vulgare, lilium convallium, rosa &c. **B. Hoofst-middelen. G. Haupt-artzneyen. Gall. Remedes pour la tête ou Cephaliques. A. Medecines in the distempers of the head, or Cephalicks.**

Item vena externa in brachio *Cephalica* dicitur, quia in capitis morbis secari solebat, à κεφαλή caput. **B. Hoofst-ader. G. Haupt-ader. Gall. Veine Cephalique. A. The Cephalick veine.**

**CEPHALOPHARYNGÆI**, est primum musculorum gulæ par, à capitis cervicisque confinio demissum, & in tunicam œsophagi latius expansum, ex κεφαλή caput, & φάρυγξ fauces. **B. De slok-darm's hooft-spieren. G. Des speiß-roehrs-haupt-maußz. Gall. les Muscles Cephalo Pharyngiens. A. The first pair of muscles of the gullet.**

**CEPHALOPONIA**, est gravitas aut dolor capitis, ex κεφαλή, caput, & πόνος dolor, labor. **B. Zwaarhoofdigheit. G. Haupt-wehe. Gall. Pesanteur de tête. A. Heaviness of the head.**

**CERA**, sunt Apum favi, ex quibus mel expressum est, & constituunt corpus durum, ad calorem ductile, inflammabile, flavum, lentescens, in summo frigore  
du.



duritiem ferè friabilem acquirens, saporis & odoris mel-  
lei, inservitque omnibus ferè emplattris pro basi. Vide-  
tur Terebinthinæ quædam species, quam succi pingues  
plantarum sole calefactarum exsudent in superficiem, aut  
intra capsulas apiculorum floralium gerunt, quæ ab api-  
bus colligitur, in globulos cogitur, posterioribus pedi-  
bus applicatur, in alvearibus deponitur, ibi in cellulas  
favorum fingitur, unde dein, uti dictum, melle separa-  
to, fœcibusque repurgatis, comparatur in usus huma-  
nos: hæc materies ceracea apparet quidem copia minu-  
tissima in superficie foliorum quibusdam in plantis, ut in  
Rosmarino, notante Cl. *Boerhaavio*, manifestè videtur  
apparere; aliter & sunt plerùmque globuli exilissimi, qui  
saliunt de apiculis feminalibus plantarum apertis, in par-  
te floris masculina. Hæc vix ullâ arte colligi queunt ab  
hominibus; attamen deprehendit idem Cl. *Vir*, quòd ali-  
quando cupiens folia Rosmarini sæpe cohobare cum al-  
cohole, præter expectationem invenerit saporem ingratum,  
& odorem ceræ deturpassè spiritus hos primo bo-  
nos. Inde folia hæc lustrans microscopiis tubercula ce-  
racea in superficie deprehendere videbatur, manibusque  
tractans multum, ceram digitis sensim accrescere expe-  
riebatur satis evidenter. B. *Wag.* G. *Wachs.* Gall. *Cire*  
A. *Wax.*

CERÆA, sunt uteri cornua in brutis, in quibus ge-  
neratio fit, à *κέρως* cornu. B. *Hoozen des Baarmoer-  
ders.*

CERASUS, Est arbor, quæ habet folia majora, lu-  
cida: Calix est valdè cavus, monophyllus, coronatus,  
coronâ quinquifidâ, expansus, per maturitatem retrofle-  
xus: flos est rosaceus, pentapetalus, petalis natis ex in-  
terstitiis segmentorum calicis; staminibus triginta fecun-  
dus: ovarium, tubâ longâ instructum in imo fundo Ca-  
licis sit fructus pulposus, subrotundus, vel cordatus,  
fræctus testa ossæa rotunda, nucleum ejusdem figuræ re-  
condente: pediculus fructus valdè longus: hæc arbor co-  
litur in hortis, & ingens hujus datur diversitas, ejus flo-  
res ceram olent, hinc fortè à *κέρως* cera. Vel à Cera-  
sunte Pontica urbe τὰ κέρσια fructus cerasi. Fortè à *κῆρ*  
*κῆρ*⊙, quod cerasi fructus, cordis specie & colore in  
pomariis nostris visantur. B. *Kerse-boom / Kerse-boom.*  
G.

G. Ein Kirsch-baum. Gall. *Griotier Cerifier*. A. Cherry-tree.

CERANIUM, vide *Cadus*.

CERATIUM, est arboris filiqua, à κέρατος, quia est corniculata.

CERATOGLOSSUM, est proprium musculorum linguæ par à cornibus ossis hyoidis prognatum, & linguæ lateribus junctum; usus est linguam recta deorsum anteriora versus movere, quando ambo agunt: si verò alteruter contrahitur, in latus movet dextrum vel sinistrum, ex κέρατος cornu, & γλώσσα lingua. B. *Des tongs-beens*. *hoojn-spieren*. G. Des Zung-beins horn-maufz. Gall. *les Muscles Cerato-Glosses*. A. A pair of muscles of the tongue.

CERATODES, idem quod *Cornea tunica*, à κέρατος cornu, & εἶδος forma.

CERATOMALAGMA, est compositio emolliens ex cera aliisque parata, à κηρός cera, & μαλάσσω emollio. B. *Ein zachte was-salf*. G. Eine weich machende salbe von wachs. Gall. *un onguent emollient de Cire*. A. A Composition made of Wax.

CERATONIA, est arbor ceratia, seu filiquas producens, ex κέρατος cornu, quia filiquæ cornubus non sunt ab-similes. B. *Sint Jans Brood*. G. Sanct Johans Brodt. Gall. *Carougier*. A. The carob-tree.

CERATUM, CEROTUM, vel CERATOMALAGMA, à cera sic dictum, Medicamentum est externum, ex cera, oleis, & nonnunquam pulveribus compositum, unguento crassius, & emplastro mollius. B. *Ein Salf nit wasch/ was-pleister*. G. Ein Pflaster von wachs. Gall. *Carat*. A. Seare cloth.

CERAUNIA TUBERA, dicuntur, quia olim crediderunt ea post fulminis ictus nasci: Κεραυνός enim fulmen est.

CERAUNOCHRYOS, idem quod *Chrysoceraunius* pulvis, ex κεραυνός fulmen, & χρυσός aurum.

CERCHNOS, est Laryngis quaedam asperitas, quæ instar granorum Juniperi sentitur, unde tussicula sicca excitatur, à κέρχων raucedine laboro. B. *De Hinkl-hoest*. G. Ein Schaff-husten. Gall. *Toux Seiche, ou Coqueluche*. A. A Dry cough.

**CERCIS**, est os cubiti secundum, quod *Radius* appellatur, ob radii rotarum æmulationem, à κερκίλω radio. Vide *Radius*.

**CERCIS**, nomén accepit quod folium ejus in cacumen instar radii textoris, vel cunei exeat. Κερκίς enim est radius, pecten, & dicitur quasi κερκίς, quod folia ejus etiam cælo tranquillo crepent, sonitumque edant: (dicitur de populo arbore) est enim κερκίς, κέρσειν pulsare.

**CERCOPITHECUS**, κερκοπίθηκος, à κέρκος, cauda, & πίθηκος, simia: est simia caudata.

**CERCOSIS**, dicitur carnosâ quædam excrescentia ab uteri osculo prodiens, & pudendum muliebri replens, quod aliquando exterius progressum caudæ figuram refert, à κέρκος cauda. **B. Een uitwas des Moeders. G. Aufz wachs der Bærmutter. Gall. Excrescence de la matrice. A. An Excrescence hanging out of the womb.**

**CEREA**, Idem quod *Achor*.

**CEREBELLUM**, sive παρεγκεφαλις *Heroph.* ἑγκεφαλον *Galeno* ἐπικρανίς *Poll.* ἐπικρανίος ἐγκέφαλος, quasi parvum cerebrum, sub posterioribus lobis cerebri, inferiori cranii parte situm; figuram habet ad globosam accedentem, superficiem minus gyrosam quàm cerebrum, sed quasi sulcatam, cujus sulci in medio maximi, at per gradus sensim minores, desinunt in Processum vermiformem; dividitur in partem dextram & sinistram, substantiam ferè eandem habet ac cerebrum, sed corticalis hic longè copiosior quàm medullaris, quæ arbusculas pulchrè representat, quarum trunci ita dictos pedunculos cerebelli constituunt; nullæ hic adsunt cavitates ut in cerebro. In hac cerebelli substantia spiritus animales, actionibus involuntariis & merè spontaneis obeundis generantur. In homine, non item in brutis, exterius ex plurimis lamellis, sibi invicem incumbentibus constare videtur. **B. De Achter-hersenen / of kleine hersens / agter-hzein / by-hersenen / minder-hzein. G. Hirn-lein, das hintertheil des hirns. Gall. le Cervelet, ou Petit cerveau. A. Little braine, or the hinder part of the head.**

**CEREBRUM**, vitalia capitis, *Plin.* ἐγκέφαλος, λευκός *μέσλος Sophocli* strictè sumitur pro parte anteriore τοῦ ἐγκέφαλου, estque substantia sui generis, exterius tegitur piâ matre, plurimis gyris anfractibusque dotatur, exterior  
sub-

substantia cinerea est, in qua spiritus animales generantur: Interior alba est, sive medullaris quæ spiritus animales ex corticali recipit, eosque per corpus callosum & medullam oblongatam in nervos exonerat à quibus actiones voluntariæ maximè dependent. Item, cerebrum est imaginationis, iudicii, memoriæ & reminiscentiæ subiectum; Ideæ enim seu species rerum ab organis sensuum externorum receptis, deferuntur ad sensorium commune sive initium medullæ oblongatæ, deinde per corpora striata ac corpus callosum, ubi imaginatio & iudicium fit, verum in corticali substantia memoriæ sedes dicitur; si ideæ post aliquot tempus ex memoriæ loco revocantur reminiscentiæ nomine veniunt. Somnus item fit in cerebro, de quo vide suo loco. B. *De Dooz-hersenen / de groote-hersenen / hzein.* G. Das Hirn, oder Gehirn. Gall. *le Cerveau ou la Cervelle.* A. The Brain.

CERELÆUM, est linimentum ex cera & oleo compositum, à *κρός* cera, & *ἔλαιον* oleum. B. *En Wasch-smeer sel.* G. Eine Salbe von Wachs. Gall. *Un Cerat.* A. A Scar cloth, Wax-ointment.

CEREVISIA MEDICATA, est cerevisia cui Medicamenta, cuilibet morborum scopo, convenientia, infusa fuerunt. B. *Genees-bier.* G. Artzney-bier. Gall. *Biere medicinale.* A. Physick Beere.

CEREVISIA, CERVISIA, CERERISIA, CELIA, est potus ex frumento compositus, qui ob egregias vires quasi *Cereris Vinum* appellatur. B. *Bier.* G. Bier. Gall. *de la Biere.* A. Beer.

CEREUS, est fedi species, in modum cerei, ex cera confecti, erecta. B. *Tooz-kruid / Fackel-kruid.* G. Torschen-kraut, Fackel-kraut. Gall. *espece de trique madame.* A. Torch thistle.

CERIA, idem quod *Favus & Achor.*

CERINTHE, est planta, quæ ex radice quatuor vel quinque ramos germinat, qui rami rotundi sunt, succo pleni; folia habent oblonga, acuta, lanuginosa, coloris viridis cærulei, punctis albis notata: flos est tubulosus, in medio ventrem habens, infra & supra quasi connivens: ex floris calice surgit pistillum, posticæ floris parti ad inflexum clavi infixum, tetragonum, quod deinde abit in fructum, ex duabus testis subrotundis constantem, in duo loca.

loculamenta divisis, femine factis ut plurimum oblongis, acutis; cujus floribus apes pascuntur, unde cera, *κηρός* enim est cera; vel à Cerintho urbe Bœotiae, ubi copiosè nascitur. B. *Wasch-kruid*. Wachs-kraut, Fleck-kraut. Gall. *Herbe de cire*, *melinet*. A. Honey-suckle, Honey-wort.

CERIO, Idem quod *Favus & Achor*.

CEROMA, Idem quod *Ceratum*.

CERONEUM, à cera dictum, idem quod *Ceratum*. B. *Ein Ceroen / Wasch-pleister*. G. Ein Pflaster da Wachs bey ist. Gall. *Cerat*. A. Sear-cloth.

CEROTUM, Idem quod *Ceratum*.

CERRUS & CERRIS, est arbor glandifera; sic fortè dicitur, quòd ejus glandes in acervum coagmententur; alii derivant à *κέρας* cornu, ob lignum durum. B. *Eiske met bittere Eekelen*. G. Cerraichel, Cerr-eichel. Gall. *Cere*. A. Masthearing.

CERVARIA, est Sefeli Æthiopicum: an quòd cervi illam plantam ament? G. Hirsch-wurtz, Sessel-kraut, sed B. *Harst-wortel* / propter odorem resinofum.

CERVICARIA, sive TRACHELIUM, est Campanulae species: sic dicitur, quia morbis cervicis internis & externis, medeatur. B. *Wals-kruid*. G. Nacken-kraut. Gall. *Gantelet*. A. Throat wort, Canterbury bell.

CERVINUM CORNU, vide *Coronopus*.

CERVIX, Gr. *αρχή & ἐπὶ οὐρῆς*, est posterior pars intra caput & dorsum, uti anterior *Collum* vocatur. Sic appellatur *Cervix uteri* ea pars, quæ est intra fundum & os uteri. Ita ossa dicuntur habere cervices, uti videre est in superiori parte ossis femoris, intra illam partem quæ in acetabulo reconditur, & trochanterem majorem, à quibusdam *Nucha* dicitur: in plantis, pars est illa à capitatis radicibus prodiens, prælonga, teresque: sic dicta, quòd in colli speciem figuretur. B. *De Nek / den Hals*. G. Der Nacke, das Genick. Gall. *Chignon du cou*. A. The Neck.

CERUMINA, Gr. *κεράλις*, sunt aurium fordes, quæ in meatu auditorio ex glandulis auri adjacentibus proveniunt: Constant ex plurimo sale & sulphure adusto, unde amaritudo dependet: Utilia sunt ne pulvis, festucae, animalcula, &c. aurem internam subeant, dum quoque

membranam internam ab exsiccatione præservant. Vide *Marmorata aurium*. B.  $\Phi\alpha\gamma$ -smicr /  $\Phi\alpha\gamma$ -zrep. G. Ohrenschmaltz. Gall. *la Cire, ou espece de glu, qui se trouve dans l'oreille*. A. Ear-wax.

CERUSSA vel CERUSA, est plumbum mediante aceti vapore in calcem albam redactum. Gr.  $\text{κεκρόσμιον}$ , à  $\text{κεκρῶμιον}$  cerussa obliuo. B. *Ceruis* / *Lood-wit*. G. Bley-weisz. Gall. *Ceruse*. A. White lead. Arab. *Affedegi* seu *Affidagi*.

CESTRUM, appellatur *Betonica*, à varietate, ut vocant, & copia remediorum, quoniam variis & plurimis accommodatur morbis. Sed aliis  $\text{κίτρον}$  vocatur, à floribus spicata & mucronata acutis, verruculum, vel viriculum præferente. Vide *Betonica*.

CETE,  $\text{κίτη διὰ τὸ κέρειον}$ , ob sinuosam cavitatem, seu cavum ventrem. Intelligitur de majorum piscium genere. B. *Walvisch*.

CETERACH, quam vocem à *Pteryga* manasse volunt, atque p. in c. sæpe mutari scribunt. Sic ex *Pteryga*, *Cetergya* & corruptè *Ceterach*: etque *Asplenii* species officinalis. vid. *ibid*.

CHEREFOLIUM, CHEREFOLIUM, CHEREPHYLLUM, CEREFOLIUM; sunt synonyma: est planta, quæ ex radice plures caules dimittit, tenues, ramosos, teneros, à parte superiore convexos, inferiore verò concavos instar stillicidii, politos: folia habet petroselinii, sed minora, plus incisa, & molliora, villosa in parte superiore, succo plena: flos est rosaceus & umbellatus, plurimis scilicet petalis constans, inæqualibus, & calici infidentibus: calix autem abit in fructum ex duobus seminibus compositum, rostri avium æmulis, non striatis, nunc lævibus, nunc asperis, hinc gibbis, inde verò planis; atque sic planta nominari putatur, quòd luxuriosâ foliorum fecunditate & largiore comâ gaudeat, vel quòd gaudium, hilaritatemque folia excitent, ex  $\text{γαίρω}$  gaudeo &  $\text{φύλλον}$  folium. *Charefolium* autem, Græcâ voce & Latinâ coalescentibus in unum nomen, ob id dictum est, quòd foliis luxuriet. B. *Kerbel*. G. *Kerffel-kraut*, *Kerbel-kraut*, *Kerbel*, *Kurbel*, *Kerbel-kraut*. Gall. *Cerfeuil*. A. *Chervil*.

CHALASTICA, sunt Medicamenta quæ humectando & emolliendo, partes constrictas relaxant, à  $\text{χαλάω}$  relaxo, remitto.

CHA-

CHALAZIA, item *χαλαζαίς*, Grando, est tuberculum in palpebris grandinem referens. B. *Ein weg-schietjen / cen frontjen*. G. Ein Hagel-geschwult. Gall. *la grêle des paupieres*. A. A swelling Hailstone.

CHALAZÆ, binæ singulis ovis obtigerunt, altera in obtuso, altera in acuto angulo, plus earum in albumine reperitur; vitello tamen validius adhærent, ejusque membranæ appenduntur. Corpora sunt longiuscula, quasi duo canales cavi, varios emittentes furculos per albumen & vitellum, quibus intra annium communicant, & hinc oculo apparent, concreta magis quàm albumen, & albidiora, nodosa, luciditatis cujusdam non expertia, ut grando, unde illis nomen: Constat enim quælibet Chalaza pluribus quasi grandinibus seu canaliculis ex trunco majori derivatis, albumine ab invicem sejunctis; earum altera major est, & longius à vitello versus obtusum ovi cacumen protrahitur: altera minor, à vitello inferius versus acutam ovi partem porrigitur. Major ex duobus vel tribus nodis, quasi grandinis granis, globulisve conflatur, qui modico intervallo à se invicem distant; minor ordine majori succedit, à *χαλαζα* grando. B. *De Haan*. G. Der Hahn, das weißte im Ey. Gall. *Les Grêles ou Germes des œufs*. A. The tread of an Egg. Est etiam suum morbus, quando caro apparet, ac si alicam hinc inde conspersam contineret. Ideòque vocantur grandinosi. B. *Gottig*. G. Greißig, pfinnig. Sive porcorum lepra. Gall. *Ladrerie de porc, sursemure*. A. The kernels of a swine.

CHALBANUM, vide *Galbanum*.

Chalcitis, est minerale simile æri, friabile nec lapidosum, sory tenuius, Myfi verò crassius, tractu temporis ex sory factum, à *χαλκός* æs. Arab. *Colcothar* vel *Cholcho-tar*. Pro Chalcitide Pharmacopœi hodierni Vitriolum album sive crudum, sive ustum substituunt.

CHALCUS, vide *Ærcolus*.

CHALYBS, est ferrum purificatum, à vulgari differens, quòd durius sit, & ignitum in aqua extinctum in summam duritiem abeat, à populis in Ponto ferrum præparantibus. Gall. *Acier*, quòd ex eo fiant acies cultrorum. B. *Staal*. G. Stahl. A. Steel. Vide *Ferrum*.

CHALINOS, *Aureliano*, est ultimus angulus oris ac compago, vel buccarum pars circa labiorum confinia,

à χαλῶδς quòd sit veluti frænum & retinaculum oris.

CHAMÆACTE, est *Ebulus*, five sambucus humilis, ex χαμαὶ humi, in terra, & ἀκτὶ sambucus.

CHAMÆBALANUS, est terræ glans, vel simile quid, ut bulbocastanum, terræ tubera &c. ex χαμαὶ humi & βάλανος glans: sic dicitur quòd cortice terræ crescat. Vide *Apion*.

CHAMÆBATUS, est rubus humilis, à χαμαὶ humi, & βάτος rubus, sentis. Vide *Rubus*.

CHAMÆCEDRYS, est Abrotanum foemina, & dicitur, quasi humilis cedrus, ex χαμαὶ humi & cedrus.

CHAMÆCERASUS, Est arbuscula, quæ crescit ad altitudinem duorum circiter pedum; habetque ramos lignosos, fragiles, cortice albescente obductos, medullâ albâ plenos: folia instar periclymeni, sed majora, latiora, duriora, minus viridia, acuta, villosa imprimis in parte inferiore, ex adverso opposita: flos monopetalus, parte inferiore tubulosus, bilabiatus superius, labio superiore multifido simplici, linguæ simili inferiore, ovario infidens, quandoque geminus in uno ovario, quinque staminibus præditus: calix tenuis, longus, angustus, bifolius, cui infidet ovarium, sæpe uno pedunculo geminum, emittens intra quemlibet flosculum tubam longam; abit deinde in baccas molles rubras, similes ceraso minori, succo amaro & ingrato plenas, & semine compresso, subrotundo fætas; est cerasus humilis, ex χαμαὶ humi & cerasus.

CHAMÆCISSUS, vide *Hedera Terrestris*.

CHAMÆCISTUS, in genere hic dictum volo, quòd ne cramben centies mille siève coctam apponamus, χαμαὶ nihil aliud significat, quàm illud quòd humile & humi crescat: est enim Græcum præpositum, additæ voces sunt tantum investigandæ.

CHAMÆCYPARISSUS, est arbuscula pumila, ex χαμαὶ humi, & cypressus, ab odore & forma foliorum cum cypresso arbore.

CHAMÆDAPHNE, vide *Clematis Daphnoides*, ex χαμαὶ humi & δάφνη Laurus.

CHAMÆDRYS, Est planta parva, humilis, quæ plures caules habet ad altitudinem semipedis, tenues, rubicundos, lanuginosos: folia minima, per intervalla sibi invi-



invicem opposita, oblonga, firma, villosa, dentata instar quercus, saporis amari, acris, aromatici : flores in foliorum alis nascentes, coloris purpurei, saporis grati : semina quatuor obrotunda in capsula, quæ flori, tanquam calix inservivit, inclusa ; radix minima, fibrosa, lignosa : crescit hæc planta in locis incultis, saxosis. Dicitur quasi humilis quercus, quod sc. folia quercus habeat, & huius respectu, quasi humi repat : ex χαμαι humi, & δρυς quercus, dicitur ob parvitatem *Quercula* minor & à ferratis foliis *Serratula* appellatur. Sunt qui *Serratam* idèò dici putent, quòd ab ea ferra inventa sit. B. Waage *Eike*. G. Garmanderlein, vergifz mich nicht, Batyengel. Gall. *Germandrée*, *Chesnette*, ou *petit Chesne*. A. Germander.

CHAMÆLEON, est Cardui species, à foliorum varietate sic dici solet ; mutat enim cum terra colores ; quòd & in animali chamæleonte etiam fieri solet.

CHAMÆLEUCE, dicitur Tussilago, à χαμαι humi, nam Tussilaginis folia humi crescunt, & λευκή alba, ob foliorum nempè albedinem.

CHAMÆMELUM, Est planta, quæ plures caules habet tenues, semi pedem circiter altos : folia laciniata, vel minutim divisa : flos plerùmque radiatus, cujus discus ex plurimis flosculis, corona verò ex semi flosculis componitur, embryonibus insidentibus, & calice squammoso comprehensus ; embryones autem deinde abeunt in femina oblonga, thalamo affixa : radix est tenuis & filamentosa : ista planta habet odorem penetrantem non ingratum : est *Camomilla* corruptè, quasi esset humilis malus, quoniam odorem habet mali, ex χαμαι humi, & μήλον malum. B. Hermillen. G. Chamill, Kamillen, Kamomil, Kamamillen. Gall. *Camomille*. A. Camomil.

CHAMÆPITYS, Est planta, quæ habet plures caules parvos, longos instar manus transversæ, lignosos, villosos, repentes, instar arbusculæ dispositos : folia oblonga, angusta, villosa, dentata, albescentia : flos est monopetalus, unilabiatus, in tres partes divisus, quarum media bifida, labii superioris locum occupantibus denticulis : Ex floris fundo surgit pistillum quatuor veluti embryonibus stipatum, qui deinde abeunt in totidem femina oblonga in capsula, quæ floris calix fuit, recondita : flores sparsim in foliorum alis nascuntur, non ve-

rò verticillatim ; radix crassa, fibrosa, longa, lignosa : tota planta habet odorem penetrantem, resinofum & ingratum, sapor est amarus : crescit in montibus & locis fabulosis : dicta est, quasi humilis & brevis, humique depressa picea, ex χαμαι humi, & πίτος picea, pinus; ejus enim folia piceam olent. Vocatur etiam *Abiga* & *Ajuga*, ut & *Ibica*. Hinc abjectis duabus literis *i* & *g*, *Iba* & ab *Ajuga* abjectione literarum *a* & *g*, *Iva* manavit in vulgi nomenclationem. Officinæ *Ivam* cognomento *Muschatam*, appellant, vide *Abiga* & *Iva*. B. *Weld-cypres*. G. Ver-  
gis mich nicht, je lenger, je lieber, Schlaf-kraut, Erd-  
pumedrig. Gall. *yvette*, *Moschate*, *Pinve arterique*. A.  
Ground pine.

CHAMÆSYCE, χαμυσύκη, ex χαμαι, humi, & συκή, ficus, quasi humilis ficus.

CHAOS, ex antiquo χάω, quod ex χαλω, hio, dehisco. Est vastus hiatus : vel dicitur rudis indigestaque moles, qualis initio mundi fuit.

CHARACIAS, dicuntur plantæ quæ circa valla crescunt, hinc tithymalus characias, &c. Nam χάραις vallum est.

CHARACTER, est signum figuratum & Myisticum, quo apud Chymicos aliquid designatur, à χαρᾶσσω sculpo. Apud Botanicos sic audit notâ illâ propriâ, quâ genera plantarum ab invicem distinguuntur. B. *Ein tephen*. G. Ein Zeichen. Gall. *Charactère*, *marque*. A. A Marke or *ling*.

CHARISTOLOCHIA, vocatur Artemisia ; fortè à χάρης gaudium & λόχος puerpera : quia lochia puerperarum cum gaudio pellit.

CHARLATAN, Gal. dicitur circulator : vel ab Hisp. *charlar*, boufon.

CHARTA EMPORETICA, seu BIBULA, est papyrus sine glutine facta, admodum porosa, filtrationi interviens. B. *filad-papier*. G. Fließend Papier. Gall. *Papier brouillard*, *Papier à filtrer*. A. Blotting, vel sinking Paper, cappaper, brown paper.

CHARTA VIRGINEA, Idem quod *Annios*.

CHEILOCACE, seu LABROSULCIUM, est infantum morbus, adultos enim rarò adortur. Labra in eo admodum tument, tumore duro & nonnihil rubicundo, fed

sed nequaquam fervido, aut inflammatorio, & qui nunquam suppuretur aut caput foedet; aliquanto magis introrsum quam extrorsum vergit: unde labia à gingivis & dentibus abscedunt longius, & foras aliquatenus replicantur. Adfunt sulci semper sanie madentes, aut crasso pure obfiti: ulcuscula, ut plurimum, concomitantur in ore, palato, lingua, buccis, labiis, gingivis. **B. Water-kanker.** **G. Wasser-krebs.** Gall. *tumeur Chancreuse.* A. Water-kanker, Kanker of the mouth. Derivatur χείλ & labrum seu labium, & κακόν malum.

**CHEIMETLON**, Idem quod *Pernio*, à χεῖμαλιον per-nionibus laboro.

**CHOEIRONIUM**, idem quod *Caccithes*.

**CHELÆ**, à χήλαι, sunt denticulati cancrorum forcipes.

**CHELIDONIA**, seu **CHELIDONIUM**, est planta, quæ distinguitur in minus & majus; minus est species Ranunculi habetque folia instar cochlearis rotunda, viridia, polita, splendentia, nervosa, longis pediculis adnata, aliquatenus hederacea, sed molliora, minora: calicem habet triphyllum, admodum fugacem, & ante petala caducum: florem polypetalum, rosaceum: semina in capitellum congesta: radicem plurimis adnatis nodulis nodosam; hinc Scrophularia minor dicitur. Crescit ad ripas, fossasve. Gall. *petite Chelidoine, ou petite scrophulaire.* A. Small. Celandine or Pilewort. *Chelidonium majus*, habet plures caules sesquipedem altos, tenues, rotundos, nodosos, ramosos, parum villosos: folia profunde incisa, dentata, similitudinem aliquam cum foliis Aquilegiæ habentia, utcumque tamen majora, longiora, numeroque plura: flos tetrapetalus est, cruciformis, luteus: siliqua est bivalvis, semina obrotunda & flavescencia habens: radix crassa, fibrosa: Tota planta scatet fucco luteo escharotico odoris penetrantis, saporis acris, & amari: dicta à χελιδών hirundo: eo quod Hirundines eâ suis oculis medeantur, quamvis, ut tradunt, erutis. Sed *Chelidonium minus*, sic vocatum quod floreat hirundinum adventu, hinc & ille ventus *Chelidonia* quoque appellatur. Alii putant dici quasi *Cheli domum*, idque ob vires præstantissimas, tam in oculorum morbis quam vulneribus. **B. Stinkende gouwe / Gouw-wortel / Schelkens-kruud.**

**FRUID.** G. Schel-wurtz, Schel-kraut, Schwalben-kraut, Goldt-wurtz. Gall. *Chelidoine*, *Esfclaire*. A. Great Cclidon, celondine, celandine, swallow-wort.

**CHEMA**, est Veterum mensura, continens duo cochlearia parva.

**CHEMIA**, idem quod *Chymia*. Olim significabat artem *χρυσοποιητικὴν* & *Μεταλλουργικὴν*. Vide *Chymia*.

**CHEMOSIS**, seu *Chymosis*, est tunicae albae tumor, ita ut oculi nigrum concavum videatur, à *χαίνω* hio, hifco.

**CHENILLE**, à canicula, ex similitudine hujus animalis.

**CHENOCOPRUS**, est sterco anferis, ex *χῆν* anfer, & *κόπρος* sterco.

**CHENOPUS**, vocatur *Pes anferinus*, ejus etymon derivatur à *χῆν* anfer, & *πέσ* pes. Vide *pes Anferinus*.

**CHEREFOLIUM**, & **CEREFOLIUM**, sive **CHERIFOLIUM**, vide *Cherefolium*.

**CHERMES GRANA**, vide *Kermes*.

**CHERMES** & **KERMES**, est vox Arabica, Pharmacopæis familiaris: estque *Coccus Baphica*, seu *insectoribus*, vulgò *Scarlatum*, hinc *Chermozinum*, id est color ex cocco extractus. Vide ulterius in *Coccos*.

**CHERONIA**, sive **CENTAURIUM MAJUS**, sic appellatur, quòd plurimis malis, curamque respuentibus medela sit: *χείρον*, enim est pejor, ut & *χείρονα*; Medicamen illud, olim à Chirone, Medico quondam inventum. Vide *Centaurium*.

**CHERVILLUM**, videtur fictitia vox asifarum, hinc *Servillum* & sic deinceps.

**CHILIOPHYLLON**, est Millefolium, propter millena foliola sic nuncupatum, ex *χίλιαι* mille, & *φύλλον* folium.

**CHIMETLON**, idem quod *Pernio*.

**CHIMIA**, idem quod *Chymia*.

**CHYMIATRI**, sunt illi Medici qui medicamenta chymica præscribunt, ex *χυμία* chymia & *ιατρός* Medicus.

**CHINA CHINÆ**, vide *Cina Cina*.

**CHINA RADIX**, satis est crassa, manum longa, contorta, nodosa, insipida, & sine odore. Est *Orientalis* è China allata, & *Occidentalis* quæ ex Hispania nova & Peru nobis

nobis adfertur. Præfertur tamen orientalis, quæ exterius est colore rubente aut subnigro, interius candicante aut subrubente: & hæc, quo nigrior eo melior. Occidentalis est colore interius magis ruffo: simlacis in modum crescit, folia ferè plantaginis magnitudine, cordiformia: caules habet spinofos, repentes, & arboribus vicinis adhærentes. In morbis podagricis, in lue venerea, aliisque curatu difficilibus maximi usûs existit, sed an effectibus, promissis respondeat, meritò dubitatur. Chinesibus dicitur *Lompatan*, *Lampacos* & *Bonti*, nobis à regione China appellatur *Radix China*. Persis *Chop China*. B. *China-wortel*. G. Bocken-wurtz. Gall. *Chine*, *esquine*. A. China root.

CHIRAGRA, est arthritidis species, sive articularis manuum dolor, vide *Arthritis*, ex *χειρ* manus, & *ἀγρία* venor, quasi manibus captus. B. *Hand-bang* / *hand-eubel* / *hand-sterckijn* / *hand-sigt*. G. Das zipperlein der hænden. Gall. *Douleur* & *goute aux mains*. A. The goute in the hand.

CHIROMANTIA, est divinatio ex inspectione manuum, quâ ex lineamentis futura prædicunt, Medicis scitu non necessaria, cum potius sit ars fallax, ex *χειρ* manus, & *μαντις* vates. B. *Hand-hjking*. G. Wahrsagung auf den Hænden. Gall. *Chiromantie*. A. Chiromancie.

CHIRONES, idem quod *Sirones*.

CHIRONIUM, est ulcus malignum, & curatu difficillimum. B. *Quaadaardig-zecr*. G. Ein boeses geschwær. Gall. *Ulcere malin*. A. Ulcer difficul to ture. Vide *Cæcœthes*.

CHIRONIA & CHIRONIUM, nomen invenit à Chirone Centauro, vide *Centaurium*: ab eodem inventore putant quoque Brioniam vocari *Chironium*.

CHIRURGIA, est ars, quâ ope manuum vel instrumentorum, morbos auferre nitimur. Vel est pars Therapeutices, quâ morbi incidendo, urendo, & membra dearticulata restituendo, curantur. Vel Chirurgia est scientia docens modum & qualitatem operandi in corpore humano vivente. Vel ut *Vigo* habet, Chirurgia est scientia docens modum & qualitatem in carne, nervo & ossè hominis laborantis propriis Chirurgorum manibus, omne morbosum curandi. Estque quintuplex: quamvis

alii quadripartita divisione gaudent. 1. *Synthesis* seu separata conjungens. 2. *Dieresis*, continua solvens. 3. *Diorthesis*, compressa & contorta corrigens. 4. *Exaresis*, superflua extirpans. 5. *Anaplerosis*, deficientia restituens, ex  $\chi\alpha\iota\epsilon$  manus, &  $\epsilon\gamma\gamma\omega\varsigma$  opus. B. *De heel-konst / Chirurgie*. G. Wundartzney. Gall. *Chirurgie*. A. *Surgerie*.

**CHIRURGUS**, est vir artis Chirurgicae peritus, ex  $\chi\alpha\iota\epsilon$  manus,  $\epsilon\gamma\gamma\omega\varsigma$  opus, qui instrumentis & manibus suis in corpore humano operatur. B. *Gen Heel-meeſter / Wond-meeſter / Chirurgijn*. G. Ein Wund-artz. Gall. *Chirurgien*, A. *Surgeon*, a *Chirurgion*. Habentur, qui in genere omnia, quae sunt in arte Chirurgica, aggrediuntur, ut vulgares Chirurghi. Sed & sunt, qui circa unicum solummodo accidens versantur, ut *Lithotomi*, qui calculum secant. Alii qui oculos curant; alii huius venerae medentur. Nonnulli dentes evellunt; quidam membra luxata, vel contracta restituunt &c.

**CHLOROSIS**, sive **MORBUS VIRGINEUS**, vulgo *Icterus albus*, quia ex albo virent. Videtur esse species Leucophlegmatiae, ex sanguine viscido, sive potius ex inertia solidorum, qua sanguinis periodus & spirituum animalium confectio praepeditur, cum mensium obstructione, & diaphoresi denegata, unde fibris muscularibus obstructis, & spiritibus deficientibus, ad quodvis opus peragendum tardae & segnes evadunt, à  $\chi\lambda\omega\rho\iota\zeta\omega$  viridis sum. B. *Maagde-ziekte / Wyſter-ziekte*. G. Hertz-geſperr, Farb-sucht, Jungfer-siechte. Gall. *les Pâles couleurs*, *Chlorose*, *Maladie de filles*. A. *Greene sickness*.

**CHOANA**, est infundibulum in medullae oblongatae basi prope coalitum nervorum opticorum repositum, rimam in concursu ventriculorum amplectitur, unde per hoc liquida serosa ex cerebri ventriculis, ad glandulam pituitariam deducuntur. Item pelvis renum, de qua suo loco; est item instrumentum ex quovis metallo factum, vel vitro, per quod liquores in aliud vas funduntur. Gr. item  $\pi\acute{\upsilon}\epsilon\lambda\alpha\varsigma$ ,  $\lambda\eta\kappa\iota\varsigma$  *Herophilo*, à  $\chi\epsilon\iota\omega$  fundo. B. *Gen trech-ter / tremelle*. G. Ein Trechter. Gall. *Un entonnoir*. A. *Funnel*, *Tunnel*.

**CHOCOLATA**, est compositio quaedam ex fructibus *Cacao* dictis, vainiglia, Cinamomo, Saccharo &c. quae omnia in massam vel placentulas rediguntur. Dicitur &

*Suc-*

*Succholata*, & *Chucalata*; præparatur cum lacte vel aqua cocta & fervida, atque agitando Chocolata liquefcit, & forbendo calidè bibitur. Vide *Cocoa*. Gall. *du Chocolat*.

**CHOENIX**, est mensura Veterum, continens cotylas tres, five sextarium unum & dimidium, five duas libras mensurales cum quadrante. Notatur signo X. & desuper imponitur V. secundum aliorum calculum continet vini quadraginta & quatuor uncias, & olei circiter quadraginta.

**CHOERAS**, idem quod *Scrophula*, à χῆρ porcus: fortè quia porcis familiaris est.

**CHOLAGOGA**, sunt Medicamenta quæ dicuntur ordinatam in Hepate & vesicula fellis secretionem bilis augere, illam vel in Intestina ducendo, vel receptam per Intestina statim & recta expellendo, reducuntur ad duas classes, quarum prior continet quæcunque sanguinem hepaticum attenuando, secretionem bilis uberiorem promouent ut sunt saponacea &c. posterior autem includit omnia illa, quæ diaphragma & abdomen violenter concutiendo, bilem ex hepate & vesica fellea in intestina derivant, inter cholagoga recensentur quædam ut *Rhabarbarum*, *Senna*, *el. diapruni* &c. à χολῆ bilis, & ἄγω duco. Vide porro *Catharticum*.

**CHOLEDOCHUS**, est ductus biliaris, communis ductus, recipiens ortu suo ductus Hepaticos, & vesiculæ fellis, quæ cum poro biliario ad angulum acutum jungitur suo ductu, & duo hi ductus uniti faciunt ductum communem majorem prioribus, oblique descendente, qui ad angulos acutos appositus duodeno, penetrat exteriorem ejus tunicam, dein inter hanc & alteram descendens, mox perforata & hæc, inter secundam & tertiam longo itinere progressus, foramine rotundo in cavum intestini liberè exit; & per hunc ex vesicula fellis & ductu hepatico, bilis ad intestinum duodenum propellitur ex χολῆ bilis & διχομαί recipio. B. *De Gall-leider*. G. *Der Gallen gang*. Gall. *Le conduit commun du fiel*. A. *The Common passage of the gall*.

**CHOLERA**, five *Passio Fellefua*, est convulsivus motus ventriculi & intestinorum, in quo omne quod in ventriculo & intestinis continetur, sed præcipuè bilis, copio-

piosè per os & anum ejicitur, imò aliquando omnis quæ in corpore existit: Adfunt Anxietates magnæ, gravis cardialgia, fitis ardens, inquietudo & virium subita prostratio, Diarrhœa quoque seu bilis, & aliorum humorum per inferiora effluxus magnus: Hinc pulsus in principio celer & frequens, debilis fit, tardus & intermittens; animus deficit, exteriora frigent, & mors accedere incipit, quæ aliquando intra paucas horas ingruit. Huc referunt *Choleram siccam*, quæ est eructatio magna multorum flatuum cum dolore & crepitu, ex *χολή* bilis & *γεν* fluo. B. *Galzbraken / boort / bozt / buikwee / kreveling*. G. Der Gallen krankheit, cholerische feuchtigkeit. Gall. *Debord, Trouffe galant*. A. The gall fixe or choler.

*CHOLERA SICCA*, vide *Cholera*.

*CHOLERICA PASSIO*, idem quod *Cholera*.

*CHOLERICUS*, dicitur de eo qui plurima bile abundat. B. *Galagtig*. G. Gallfuechtig. Gall. *Bilieux*. A. *Cholerick*.

*CHONDRILLA*, est planta, quæ folia ex radice erumpentia habet magna cichorei sylvestris similia, profundè incisa, per terram in orbem sparsa, ex his caulis enascitur, inferius spinosus & in plures ramos divisus flexiles, nudos, vel foliola tantum quædam gerentes angusta instar graminis: flos est semiflosculosus, constans plurimis femi flosculis, embryoni infidentibus, & calice veluti tubulato ac cylindriciformi comprehensis: Embryo autem abit deinde in semen pappis instructum: radix est longa, pollice crassâ, succo lacteo valde viscoso plena, saporis dulcis non ingrati: hæc planta nomen invenisse videtur ab eventu, quod in ramulis imis gummi reperiri solet, magnitudine fabæ, mastichi simile, aut nucleo thuris, quem *χόνδρον* Græci nominant. B. *Dratten-kruid*. G. *Wartzen-kraut*, warzlein wegwart. Gall. *Condrielle*. A. Gum succory.

*CHONDROS*, vide *Cartilago*.

*CHONDROS*, est granum grumus concretus, ut mastichis, Thuris &c. Hinc *Condrilla*.

*CHONDROSYNDESMUS*, est ligamentum cartilagineum, sive unio ossium, interveniente cartilagine, ex *χόνδρον* cartilago & *συνδέω* colligo. B. *En kraak-beenige band*. G. Knorre-lichte zusammen-fuegung der beinen. Gall.



Gall. *Ligament Cartilagineux*. A. A Cartilaginous ligament.

CHORDA, idem quod tendo, nervus, vel intestinum, de quibus suo loco.

CHORDA, dicitur tensio quædam penis versùs perinæum, cum dolore, ex Venere maligna sæpe contracta. B. *ἰσχυρὸν*. G. Seiten. Gall. *Cordée*. A. An extension of the yard.

CHORDA MEMBRANÆ TYMPANI, est nervus quidam formatus à concursu duorum nervorum, filamenti sc. tertii rami quinti paris, & filamenti septimi paris, tympani membranam non tangens. Hoc ipsum est parvum illud nervi filamentum, quod olim Anatomici velut *Chordam membranæ* tympani arbitrati sunt, quod crediderunt sonum aliquem excitare posse, communicando motum suum tremulum membranæ sicut fit in chorda, quæ super pellem tympani militaris tenditur; sed ejus usus patet ex natura sua nervea, & distributione. B. *De Trommel-Blies ἰσχυρὸν*. G. Die Seiten gleiche Senn-ader im Ohr. Gall. *Corde de la membrane du Tympan*. A. The nerve that runs along the membrane of the tympanum.

CHORDAPSUS, sic *Celfo* dicitur, à *Barbaris Misere-re mei*; alii *Iliacam passionem*. Tormentum *Aurelianus* dixit. *Volvulus* etiam non incitè appellatur, vulgò *Ileus*. Estque facum alvinarum per solum os ejectione, ab obstructione excrementorum, à flatibus, inflammatione, aut involutione & convulsione intestinorum, causata; cum nempe superior pars intestinorum in inferiorem, vel è contrâ sese insinuaverit, quâ involutione velut nodi inde exoriuntur, unde quoque motus peristalticus inversus. Dicitur quoque chorda intestini coli, seu ligamentum, quod cellularum dissolutionem impedit. Vide *Iliaca passio*, ex *χορδὴ* intestinum, & *ἄνω* nodum facio, necto. B. *King / Darm-king / ontfermt u mijner / lang cubel / darm-slinger / drek-braken*. G. Darm-gicht. Gall. *passion Iliacque ou misere-re*. A. Gripping of the guts.

CHORDATA GONORRHÆA, vide *Gonorrhæa Chordata & Chorda*.

CHOREA SANCTI VITI, est insanie species, quæ aliquando diu grassata est, hominibus non decumbentibus, sed *ἰσχυρὸν*, ut *Hippocrates* appellat, discurrentibus

bus & saltantibus, ac choreas ad extremum usque spiritum, nisi per vim inde abstracti fuerint, ducentibus. *Horstius* inquit se cum mulieribus quibusdam locutum, quæ quotannis Sacellum *S. Viti*, quod est in finibus *Ulmensium*, visitantes, ibidem saltu cum perturbatione mentis, eousque sese nocte dieque exercent, donec ecstatarum instar corruunt: quâ ratione sibi restitutæ videntur, ut parùm vel nihil sentiant per annum integrum, usque ad *Maji* tempus subsequens, ubi membrorum inquietudine eousque sese torqueri referunt, ut vicissim circa Festum *S. Viti* ad prædictum locum, saltationis gratiâ, sese conferre cogantur. *G. St. Vits Tantz.*

**CHORION**, est membrana secundinarum externa, una cum cæteris membranis & humoribus factum in utero comprehendens. Figura ejus in variis animalibus diversa; in mulieribus orbicularis, membranacea ipsius substantia, prioribus mensibus exilissima, tractu temporis crassescit; constat tenuibus, squamosis membraneis pelluculis. Ea, quæ respicit uterum maternum parte lustrata; apparet hæc membrana rugosa, pinguitudinis nonnullius propaginibus, ac quasi venosis & arteriosis, sine ordine obvenientibus, sparsim superficiem occupantibus, filamentis tenerrimis comitata: interior ejus pars non videtur alia esse, utcumque examinata, nisi aliquo modo continuata, sed tenuis, fibrosa, retiformis textura, magis minusve, à rubentibus memoratis filamentis occupata: Hinc vasa, quibus insignitur, sunt venæ & arteriæ, quarum insignes ramificationes in glanduliferis cunctas ejus partes perreptant, quæ multis in locis concurrentes, rubicundas maculas efformant, harumque beneficio utero annectitur. In placentiferis verò per ejus partem mediam, ubi nimirum placentæ cohæret, vasorum sanguineorum myriadibus superbit, at extra placentæ circumferentiam nullis dari, certum est: hæc membrana in hominibus, uno solum in loco, utero adnascitur, in aliis animalibus hic connexionis modus, pro animalis diversitate plurimum variat: usus ejus videtur esse, liquorem alendo fœtui idoneum imbibere, vasa umbilicalia fulcire, atque carunculas in glanduliferis, & placentam in placentiferis sustinere: dicitur fortè sic à *χαριον* secedo, quod post fœtum enixum secedit: vel à *χαριον* parvus locus, eo

eo quod in ipsa membrana, tanquam in loco parvo, fœtus novem menses habitat, ut volunt *V. Fort. Plempius* cum *R. de Graaf*, vel ἀπὸ τοῦ χορῶν à choro, quia in eo vasa, ut in choro ordinata sunt; à Galeno secundinæ nomine donatur. **B. Het buitenste bliest der Dageboorte / ader-bliest.** *G. Das Ader-häutlein.* *Gall. Chorion, Membrane des Eaux.* *A. The outward membrane that contains the child.*

**CHOROIDES**, est plexus arteriæ carotidis & venarum plurimarum, sub specie membranarum tenuissimarum cum invicem cohærentium, in ventriculis cerebri anterioribus reperiendus, in quibus, ut cavi maneant, arteriæ liquidum continuò deponunt, quod Venæ ex illis iterum absorbent. Item *Uvea tunica* pupillam constituens, ex χορῶν chorus, eo quod vasa velut in choro disposita sint, & σιδήσῃ forma. **B. Een geblogten net / net-gelijc.** *G. Netzgleiche Gefäßlein.* *Gall. la membrane Choroide.* *A. The folding of the carotid arterie.*

**CHRISTI MANUS**, vide *Manus Christi*.

**CHRISTOPHORIANA**, est planta, quæ caules habet exiguos, teneros, ramosos, ad altitudinem circiter duorum pedum crescentes: folia sunt magna, ampla, in plurimas partes oblongas divisa, acuta, dentata, coloris viridis albescentis: flores pentapetali, stellati, rosacei; flos non aperitur, quin difflatur calix, sic & petala cito difflantur, ita ut de numero petalorum non convenienter inter se auctores: post florem sequitur bacca mollis, fere ovata, aliquantulum carnosâ, quæ per maturitatem fit nigra, continens semina gemina ordine ut plurimum super invicem posita: radix satis crassa, fibrosa, externè nigra, internè flava: crescit hæc planta in montibus, quæ fortè à quodam Christophoro nomen habet. *Gall. herbe de Saint Christophle.*

**CHROMATISMUS**, est coloratio seu tinctura in sano & morbofo statu urinarum, salivæ, cruoris, vel stercoreis, à χρωματισμῷ coloro.

**CHRONICUS**, est morbus diuturnus, ultra quadragesimum diem extensus, ut Febris quartana, Phthisis, Asthma, Hydrops &c. à χρόνῳ tempus. **B. Een langdurige ziekte.** *G. Eine stete, langwürrige Kranckheit.* *Gall. Maladie Chronique.* *A. An inveterate distemper, or a Chronicall disease.*

CHRO-

CHRONIUS, idem quod *Chronicus*.

CHRYSANTHEMUM, Est planta, quæ habet caulem altum, squammosum, cineritium, in multos ramos divisum, multa folia incisa millefolium referentia habentem; singulus ramus florem radiatum aurei coloris in summitate habet; hujus discus ex plurimis flosculis, corona verò ex semiflosculis componitur embryonibus insidentibus, & calice semisphærico ac squammoso comprehentis: embryones autem deinde abeunt in semina plerumque angulata aut striata, vel tenuia & acuta: radix annua est, fibrosa, non longa, minima, alba; crescit in montibus ac pratis; floret per totam ætatem: ejus appellatione plures herbæ, flores luteos eximio splendore micantes habentes, veniunt, ex χρῦδος aurum, & ἄνθος flos, vel ἐνρίζω floridum reddo.

CHRYSISCEPTRON, est *Chamaeleon* album, sed unde illud nomen ei competit, nescio, derivatur ex χρῦδος aurum, & σκῆπτρον Sceptrum, Baculus, Scipio: fortè quòd ejus caulis cum floribus, in modum sceptri se erigat: vel quod accensus, tonitru in modum sonum edat.

CHRYSOCERAUNIUS PULVIS, est *Aurum Fulminans*, quod præparatur ex auro soluto, in menstruo sale armoniaco imprægnato; infuso oleo tartari, calx ad fundum præcipitatur, quæ edulcoratur & ad usum exticcatur, ex χρῦδος aurum, & κεραυνός fulmen. B. *Burment-gout* / *Donder-gout*. G. Donner-gold. Gall. *Or fulminant*. A. Fulminating gold.

CHRYSOCOLLA, Est sal fossilis, figuræ variæ, magnam aquæ vigecuplo majorem, copiam ad solutionem requirens, & calorem magnum; sapore subamarescente, sed dulcescente in exitu; ad ignem facillè fluens; simul in spumas tum assurgentes se effundens; aquam plurimam ita dimittens; residuo in vitri pulchri speciem subsidente; corporum sibi committorum fluxum in igne valde promovens; sic metallorum, auri præprimis, consolidationem efficiens. vide & *Borrax*.

CHRYSOCOME, est herba flores aureos & comosos proferens, ex χρῦδος aurum, & κόμη coma.

CHRYSOLACHANON, est Atriplicis species, foliis subluteis, ex χρῦδος aurum, & λάχανον olus. Vide *Atriplexum*.

CHRY-

CHRYSOLITHOS (Veterum) vel *Topasus* (gemmariorum modernorum) est gemma aurei coloris. Duo habentur genera, *Oriente & Europæum*, ut illud colore, ita duritie Europæum superat: hoc enim instar cryſtalli molle est, & cum aureo colore, vel multum vel parum nigricat. Invenitur in Bohemia passim. Gr. χρυσόλιθος, ex χρυσός aurum & λίθος Lapis. B. *Chrysolith*. G. Ein Chryſolith. Gall. *Topaze*. A. Chryſolite.

CHRYSOMELA, sunt mala citrei vel aurei coloris, ex χρυσός aurum & μήλον malum.

CHUS, Gr. χῆς, dicitur & *congius*, *congiarium*, & *choa*. Liquidorum mensura Atticis fuit, sex sextarios continens, vel cotulas atticas duodecim. Libras quoque olei continet novem, vini verò decem, mellis tredecim cum dimidia. *Lindenius* vini saltem tribuit libras octo cum unciis quatuor. *Rhodus* Congium denas libras pendere affirmat, aliis continet vini octo libras, & olei septem cum quarta parte.

CHYLIFICATIO, est actio in ventriculo & intestinis, quâ cibi & potus, & digerendo & movendo in chylum mutantur. Vide *Chylus*.

CHYLOSIS, idem quod *Chylificatio*.

CHYLUS, est succus albus, ex levi dissolutione & motione alimentorum, præcipuè sulphuris & salis, quibus esculenta abundè scatent, in ventriculo & intestinis, qui interveniente ventriculi succo acido, albus redditur: si enim liquori cuilibet, sulphure, aut sale volatili imprægnato, humorem acetosum confundas, illic lactescit; uti cernitur in præparandis lacte sulphuris, aut extractis vegetabilium resinosis. Quin & spiritus cornu cervi, aut fuliginis, sale volatili plurimum refertus, si liquori acido vel aquæ simplici confundatur, colorem lacteum acquirit: vera chyli albitudinis causa debetur inprimis miscelæ partium oleosarum ingestorum cum aqua, quod satis evidenter apparet in emulcibus, quæ eo magis albescunt, quo olei plus continent. Tandem Chylus post commixtionem bilis pariter & succi pancreatici volatilis intestinorum papillas & lacteas venas subiens, sanguini suffunditur, à χολών in succum redigo. Latinis etiam *Chymus*. B. *Chyl* / *Chyl* / *voedend sap* / *maag sap*. G. Erst verdawte Speise im Magen, oder Chyl. Gall. *Le Chyle*. A. Chyle.

CHYMETLON, idem quod *Pernio*.

CHYMIA vel CHEMIA, est ars, docens regulas, quarum exercitatione fiunt operationes, quarum effectu corpora sensibilia, quæ vasis capi possunt, inter se componuntur, vel resolvuntur; horum mutationes per sensus examinat, idque inprimis ope ejus instrumenti, quod ignis dicitur: ejus partes sunt duæ igitur vel *solutio* corporum, vel *compositio*. Dicitur *Chymia*, vel *Chemia*, seu cum Arabico articulo *Alchymia* vel *Alkymia*: Unde hic deducta alii aliter sentiunt. Alii Chymiam à *χῆμα* vel *χῆμα* dictam existimant, quòd scilicet metalla dura, visceribus terræ effossa, liquare & fundere primum docuerit. Alii *χημείαν* nominant, quasi ut quidam volunt, *Artem Ægyptiam*. Cum enim ut refert *Plutarchus* in libro de *Iside & Osiride*, Ægyptus à Sacerdotibus Sacrà Linguâ Chemia appellaretur; aut ut est apud *Herodotum*, in Ægypto, oppidum quoddam vetustum, *Chemis* nominaretur, hinc *Chemiam*, quasi *Artem Ægyptiam*, in Ægypto scilicet primo, seu inventam, seu excultam, dictam putant. Alii à quodam *Alchymo*, seu inventore seu cultore hujus artis, dictam existimant: sed sine fundamento: cum enim ab aliis ars hæc *Chemia* & *Chymia* appelletur, ex Arabica lingua articulum, AL, quæ intendit significationem accessisse facillè patet. Alii *Halchemiam* quasi fatis fusoriam dictam putant; sed etiam eadem de causa ineptè. *Calius Rhodiginus*, antiq. lect. lib. 7. cap. 2. *Archymiam*, quasi *ἀρχὴν χημείαν* nominat; verùm cum nondum satis constet, an vox hæc Græca vel Arabica aut Ægyptia sit, de ejus derivatione non multum laborandum. Differentiam hodie faciunt inter Chymiam & Alchymiam, nempe Chymiam referunt ad artem Medicam, verùm Alchymiam ad artem *χηροποιουμένην*. *Ægyptiis* *ἰατρὴ*, vocatur item *Spagiria*, *Hermetica ars*, *ars perfecti Magisterii*, *ars Segregatoria*, *Separatoria*, & *Destillatoria*. B. *Chimie* / *Alchymie* / *Scheid-kunst* / *Stof-scheidung* / *Metaal-konst*. G. *Chymey*, *Schmeltz-kunst*, *Gieß kunst*, *Scheid-kunst*. Gall. *Chimie*. A. *Chymistry*.

CHYMIATRIA, idem quod *Chymia*, est medicandi ars per Medicamenta Chymica, ex *χημεία* & *ἰατρική* Medicatio.

CHYMICA, seu CHYMICALIA, sunt Medicamenta,

ta, quæ Chymici præparant, ut graviori & minori quantitate ab ægris assumantur.

CHYMICALIA, idem quod *Chymica*.

CHYMICUS, est artis Chymicæ peritus, sive Chymicus est artis dissolvendi, & vicissim coagulandi peritus. *B. Een stof-scheider / stof-by-een-bronger / Chymist / Brander / laborant / laborateur. G. Ein Chymist, Distillirer. Gall. Un Chimist. A. A Chymist.*

CHYMOSIS seu CHEMOSIS, est palpebrarum ex inflammatione distortio: Item tunicæ Corneæ in oculo inflammatio, à *χυμω* hîsco. *B. Ontstekingen in de oogen. Entzündung der Augen. Gall. Inflammation des yeux très violente. A. A distortion of the Eye-lids by an inflammation.*

CHYMUS, idem est quod *Chylus*, à *χῆς* succum ex primo, fundo. Nonnulli tamen eo designant partem Chyli optimam, à fecibus separatam, & lactea ingrefsam.

CICADA, quasi citò cadens: vel à *κίκα*, ejusdem animalis sono, & *ἀδων*, ex *ἀδων*, canto. *Gall. Cigale.*

CICATRISANTIA, sunt medicamenta, quæ impedimentum tollunt, quo vetabatur vasorum ex unione dissolutorum concretio vel exsiccatio; sunt igitur, quæ liquida allata ad soluta vasa reddunt blanda, dein vasorum fines flexiles reddunt, extenduntque, denique vasa hæc exsiccant; inter quæ præcipua sunt, quæ ex plumbo conficiuntur, vel quæ ex illo constant. *Gr. καταπλαστικά φάρμακα, ἐπιθεσμικά. B. Wund-machende Medicamenten. G. Wund-heilende, oder Haut-machende Artzney. Gall. Remedes cicatrizants. A. Cicatrising Medicines.*

CICATRIX, Cicatrices sunt vestigia quædam & notæ, quæ relinquuntur post gravia vulnera & ulcera, quare cutis defædatur. Aliæ sunt simplices, aliæ cum cavitate & diminutione partis, aut superexcrecentiæ. *Gr. κλή. B. Een Wund-teiken / een wond-teiken. G. Ein Wundmal, Narben, ein Schramm. Gall. Cicatrice. A. The scar of a wound.*

CICER, est planta vel Leguminis species; quæ habet caules tenues, lignosos, duros, ramosos, aliquantulum villosos; folia exigua, villosa, dentata, bina costæ adherentia: flores sunt parvi, leguminosi, albi, aut ru-

bicundi : flori succedit siliqua brevis continens semina referentia caput arietinum, unde hæc planta cicer arietinum dicitur : cicer est vel rubrum vel album, rubrum officinale, album culinarium ; cicera rubra sunt ciceris sativi semina rotunda, angulosa, pisò majora, unico angulo acuto prædita, coloris ex fusco rubentis, saporis viscosi & leguminosi : radix longa, exigua, alba : an sic vocetur à cienda urina ? An quia venerem cieat & stimulet ? An quod eminentem habeat cicatriculam ? An à *Κικὴς* robur, quod ejus cibus corpus roborat ? An ab Hebræorum *Kikar*, massa, pars rotunda. B. *Ciccrs* / *Spaanse Erwtten*. G. Kichren, Kicher, Ziser-erbsen. Gall. *Pois ciches ou pois bœen*. A. Chices, chicpease, vetches. Gr. Ε'εβινθ@.

CICERA TARTARI, dicuntur pilulæ ex Terebinthina & cremore tartari.

CICERBITA, est Sonchi species, an à Cichoreo, quasi parvo dicta ? Cichoreum enim à quibusdam *Κικχρη* & *Κικχρη* appellatur. Vide *Sonchus*.

CICHOREUM, Est planta, quæ habet caulem intortum, crassum, rotundum, villosum, excavatum, ramosum : folia longa, valde lactescentia, amara, plus minusve incisa, aliquantulum villosa : calix floris totus maturus redditus, valde est compressus, oblongus, squamosus, atque instar vasis cujusdam recondit semina angulosa instar cunei, in parte superiore excavata, alba : radix crassa, sat longa, & fusca extus, intus albicans, succum habet saponaceum, in orbiculos descissa dat lac amarum, hinc inter lactescentia refertur : distinguitur in sylvestre & sativum, sed prius usitatus est in Medicina ob amaritiam. Ægyptium nomen est, ac inde in Græciam, postea in cæteras nationes commigrasse docent. Cichoreum tamen dictum videtur à *κικχρη* invenio, reperio, quod frequens in pratis, campisve nascatur ac reperiatur. Vel à *κικχρη* & *κικχρη*, quod per agros serpat. B. *Cichorii* / *Suikerri* / *Suikerri* / *Wegewaart* / *Wegwagte* / *Hemelsteutel*. G. Zamblaw-wee wart, Weg-weiß, Hindleufft. Gall. *Cichorée sauvage*. A. Cichory, Succchory. Gr. Σίχρη, ἀπὸ τοῦ σικχρη, σικχρη mundare purgare.

CICINDELA, quasi candela, noctiluca. Est enim genus scarabæi nocte lucentis. Gall. *ver luisant*.



**CICONGIUS**, est mensura duodecim sextarios continens.

**CICONIA**, quasi cicania Isid. à sono quem quatiente rostro faciunt illæ aves : vel à cicur, ob benignam naturam. B. *Opvvaar*. Gall. *Cigogne*.

**CICUTA**, Est planta, quæ habet caulem satis altum, crassum, politum, serpentis cutim referentem, excavatum : folia minutissimè divisa, & subdivisa, petroselino simillima, inodora : flores sunt albi in umbellas crescentes, plurimis constantes petalis cordiformibus, inæqualibus, in orbem positis, & calici insidentibus : is autem abit in fructum ferè globosum ex duobus seminibus compositum, exiguis, hinc gibbis & striatis, inde verò planis : radix cauliformis, longa, alba, crassa, tota planta habet odorem ingratum, sapor ejus est acris : est herba lethifera, morte Socratis clara. An appelletur, quòd ejus assumptione caput Vertigine & Fatuitate, imò morte afficiatur ? Gr. *Κύστιον* : nam *κυττώω* est *εργάζω* vertere. B. *Scheerling / dulle petercelp / winterling / pÿpkruid / dulle herbél*. G. Schirlinck, wutscherling, wundt-scherling, wuererich. Gall. *Cigue*. A. Hemlock.

**CICUTARIA**, est planta, quæ habet caulem ingentem, nodosum & concavum : folia cicutæ majoris simillima, semina profundè striata, angusta, oblonga, magna : radix fibrosa, cujus nomen à cicuta derivatur.

**CILIA**, propriè sunt extrema palpebrarum corpuscula duriora, & cartilaginosa, semilunata, quæ Græci *Τάροις* vocant, Latini *Cilia*, quibus pili intiguntur, quos alii *Cilia* appellant. Superioris palpebræ pili versùs superiora curvantur, sed inferioris versùs inferiora ; semper ferè eandem servantes magnitudinem, impedièntes ne leviora oculo incidant, nam duplici pilorum insignium serie constituti sunt. Horum etiam usus videtur, dare sensum acutissimum, unde simulac aliquid oculum, quod ipsum lædere possèt, appetit, hinc monitus statim clauditur ; & moderare lucem, & oculum quasi in umbram constituere ; ne à radiis lucis fortioribus lædatur ; hinc fit, ut qui his carent, non nisi in crepusculo benè videant. Gr. *Βλαφάρις*, *ὀφθαλμίου*. B. *d'Oog haren*. G. Herlein an den Augenhederen, Augenbrawen. Gall. *Les cils ou Poils des paupieres*. A. The haire on the eye lids.

CIMOLIA TERRA, *κιμωλία*, à Cimolo Infula in mari Cretico, unde orum habuit : est boli species.

CINA CINÆ, seu CHINA CHINÆ, est cortex peruvianus, non abfimilis cortici junioris quercus, faporis nonnihil astringentis penetrabiliffimi & amari, paulum ingrati & quo amarior & ponderofior est ille cortex eo melior, adverfùs febres maximè laudatur. Dicitur & *Kin-kinna*, *Palo de Calenturas*, *Gannana peride* &c. Arborem repræfentat *T. Bartholinus*, fed defcriptionem nullam dat. Hinc cujufnam arboris cortex fit, hodiè nondum bene conflat.

CINAMOMUM, est arbor altitudine citri aut mali aurantii; magna habens folia, lauri foliis fimilia, glabra : Vidi nuperrimè ramulum cui adhuc fex folia infidebant, & integrum folium fervo, referens figuram, quam edidit *Abrab. Munting*; *A. Cofta* repræfentat etiam cinamomi folium : fed non convenit cum meo, fed potiùs ipfum Malabattrum refert : Fructus habet nigros, glandes referentes, magnitudine avellanæ nucis. Cortex interior Cinamomum propriè est. Videtur differre à *Caffia lignea*, (cujus variæ dantur fpecies) cum cinamomi cortex grandior fit & fapore penetrantior : Caffiæ verò tenerior & manducata mucilaginem præbet : optimum cognofcitur folum gultu, nam licet color & odor adfint, fæpe tamen non eft bonum, nam mora & adulteratione fæpe vim amittit; cortex externâ parte liberatus, fecatur in laminas quadrangulas, exficcat, & fponè convolvitur, hinc cortex ramorum effè videtur, cum fit reverà trunci. Cortices fortè unius quoque arboris funt, & rami majores fortalfè præbent cinamomum, teneriores verò caffiam fed hæc conjectura minimè verofimilis apparet, ob rationes hic & in caffia lignea, allatas. Radix fuppeditat *Caphoram*; lignum rofeum fpirat odorem; Folia juniperum olent; fructus verò expreffi & cocti ceram velut adipem dant & Caryophyllos odore imitantur. Flores habet albidos ferè inodores. Colitur in Zeilon, maximum eft Aroma, & in Medicina quoque maximi ufus. Dicitur & *Canella*; *Cinamomum* dictum contendunt, quafi *Amomum Chinenfè*, feu *Amomum* ex China delatum : alii nomen accepiffè putant à verbo *Cau*, quod lignum, & *Nama*, quod dulce fignificat. Nonnulli *Κινναμόμων* dictum

Quam credunt, quasi *κίνναρον ἄρωμα*, Amomum à puritate cinamon, vel nomen fortè impositum ab Hebræorum *Kinamon*. B. *Kancel*. G. *Canel*, *Zimmerinde*, *Zimmet*. Gall. *Canelle*. A. *Cinamom*.

**CINARA**, Est planta, quæ ex radice folia erumpentia habet longa, larga, ampla, profundè incisa, ex his emergit caulis satis magnus, striatus, lanuginosus, crassus, intus medullosus, plures ramos dimittens, quorum singuli habent in summitate capitulum variæ magnitudinis, valde squamosum, rigidum, durum; squammæ, fructu factò grandiore dissolvuntur, ac superius virent, interius verò ac inferius carnosæ sunt & albidæ: comeduntur ex hoc capite partes duæ, nempe squamarum ungues, & medius discus, cui papposum semen insidet. florem habet flosculosum, plurimis scilicet flosculis constantem multifidis embryoni insidentibus. Dicitam volunt à cinere quo stercoreari amat. Alii à *Cinara* potius puella, quæ in ejus speciei carduum mutata est, appellatam esse contendunt: vocatur etiam scolymus. Gr. *Σκόλυμος* vel *σκολιός* asper, quia hæc planta est aspera nonnullis *Cocalus*, *Alcocalus*, *Articoca*, & *Articocalus*. Vide *Articocalus*.

**CINEFACTIO**, est quando res per ignem comburuntur, & in cinerem reducuntur. B. *Aßchmakinge*. G. *Aßchmachung*, zu aschen verbrennen. Gall. *Reduction en cendres*. A. A making or burning into ashes.

**CINERARIA**, appellatur Jacobæa marina, cujus folia cinereum habent colorem.

**CINERARIUM**, idem quod *Conisterium*.

**CINERATIO**, idem quod *Cinefactio*.

**CINIS**, est pulvis ille griseus ex combustionem rerum combustibilium residuus, constatque ex sale (qui elixivari potest) atque terra, ut dicitur mortua. B. *Aßche*. G. *Aschen*. Gall. *Cendre*. A. *Ashes*.

**CINIS CLAVELLATUS**, propriè cinis est ex clavibus vitis. Aliis est caput mortuum ex destillatione fecum vini residuum, combustum & elixivatum. Nonnullis est sal ex cineribus lignorum quorundam extractum, optimèque reverberatum. B. *Pot-asch / weid-asch*. G. *Weid-asche*, *pot-asche*. Gall. *Cendre gravelée*. A. *Ashes*.

CINNABARIS, alia est *Factitia*, & alia *Nativa* sive *Mineralis*. *Factitia* conficitur ex Sulphure & Mercurio, ex quibus mixtis fit sublimatio. *Nativa* est Terra mineralis lapidescens, rubicunda, constans etiam ex sulphure & mercurio vivo cum terrestri materia instar lapidis, compactis. In ipsis fodinis ex sulphure & argento vivo coaluisse per fusionem ab igne subterraneo factam, docet arte facta cinnabaris; & ejus resolutio facilis in verum sulphur & Mercurium. Adfertur ex India orientali, Ungaria, Germaniæque locis variis; prope Alsheimium Palatinatus &c. Eligenda quæ gravior Mercurio & Sulphure præstantioribus, adeoque Ungarica, utpote quæ aurum aliquantulum pollet; quo quidem respectu minus valet usui medico quàm civili. *Dioscoridi* dicitur *Minium*; quamvis diversum nobis à Cinnabari sit; datur etiam Cinnabaris antimonii, quæ est massa compacta, dura, opaca, ponderosa valde, quæ in collo retortæ, ubi præparatur butyrum antimonii, reperitur, à parte quâ superficiei vitri adhæret, splendet, ab altera scabra, trita in pulverem, dat veram cinnabarim ex Mercurio & sulphure antimonii unitis constantem. Videtur dici à κινδρα, ob sædum odorem quem exhalat, dum foditur, à κινδρα oleo, sæteo. *B. Vermilion* / à verme quodam ex llicis baccis proveniens, cujus succo panni serici & lanei rubro colore saturato inficiuntur. Item *Berg-rood* / *Cinaber*. *G.* Zinober. *Gall.* *Cinabre*. *A.* Cinnabar.

CINNABARIS, CINNABRION HERBA, appellatur Rubia tinctorum, quia ejus radicibus lintea &c. rubro tinguntur colore, cinnabari vix dissimili.

CINNUS. *Gr.* Κιννάμω. Potus genus apud veteres nominatissimum ex polenta, caseo aliisque vino incoctis, unde verbum *concinnare*.

CION, *Columella*, *Gargareon*, γαργαρε, *Gurgulio*, *uva*, *uvula*, *uvigena*, *uvigera*, *Epiglottis* *Plin.* *Sublinguium* *Isidoro*, pensilis de palato *Isthmus*, sive *Gutturis Operculum* dicitur. Item κινός, φαρυγγόρον ex palato in ore penitus, juxta narium meatus supra laryngis rimam inter *Amygdalas* dependet, estque processus ex substantia, ut videtur, glandulosa spongiosa & rubra, quam putat *Columbus* oriri ex palati tunica, eo loci reduplicata: sed *Riolanus* à musculis ibi desinentibus: glaberrima est, flexilissima,

*lima*, subpellucida, plena cryptis apertis, mucosis, & fibris longis musculosis, in unum punctum collectis, cæterum tota vasculis innumerabilibus contexta: vasa reperiuntur arteriosa, venosa, omnium ferè serierum, tam in usus communes, quàm potissimum ad officium cryptarum; muscoli huic machinæ proprii, plurimi attribuuntur. Figura est rotundè oblonga, superius crassior, & in acutum obtusè desinens. *Usus* est moderari vocem & aëris frigiditatem, & impedire ne potus ad nares ruat. *De Uell.* G. Der Zapff das Athem Zuenglein. Gall. *la Luette* A. The Roof of the Mouth. Interdum uvula nimis propendet ab humoribus obstruentibus, qui per vasa lymphatica redire nequeunt, unde casus uvulæ oritur. B. *Uen huig.* G. Das fallen, oder schieffen des Zæpfleins. Gall. *la Luette abatuë.* A. The Falling of the uvula.

CIONIS, idem quod *Cion*.

CIRCÆA, Est planta, quæ habet caules tenues, rotundos, rectos, villosos, medullâ repletos: folia sibi invicem opposita nascuntur juxta longitudinem caulium; ad basim latiora, ad apicem acuta, dentata, pediculis adhærentia: flos ex duobus petalis calici etiam bifolio insidentibus constat: calix autem deinde abit in fructum pyriformem, in duo loculamenta plerumque divisum, semina facta ut plurimum oblonga: vocatur Mandragora, quia hæc herbâ quondam alios fascinare *Circe* magica inventrix solis filia putatur, vel quia hujus plantæ fructus se vestibus affigit, hocque modo homines ad se trahit, sicut Dea *Circe* suis incantamentis facere credebatur. Illud nomen etiam aliis plantis imponitur. Gall. *Circée.*

CIRCUITUS, idem quod *Periodus*.

CIRCULATIO, sanguinis, vide *Periodus*.

CIRCULATIO CHYMICA, est liquoris puri, per circularem destillationem in pelicano, vel alembico cæco, agente calore, exaltatio; dum enim liquor in recipiente contentus undique clauso exhalare nequit in auras, sed colligatur in superiori parte vasis, cadit inde iterum ad fundum vel directo lapsu, vel per laterales alas pelicani, idque aliquoties circuli in modum pro genio liquoris destillandi. B. *Weder-dyhving.* G. Offt widerholtes destilliren. Gall. *Circulation chimicale.* A. Chymical circulation.

CIRCULATOR, idem quod *Circumforaneus* vide *Agyrta*.

**CIRCULATORIUM**, est vas vitreum, ubi infusus liquor, ascendendo ad summum vasis, & iterum in locum ex quo venerat descendendo per laterales alas cavas, colligentes omne quod in supremum vasis adscenderat, quasi in circulo rotatur. Varia sunt hujus generis vasa, sed duo præcipuè sunt majoris momenti & usûs duntaxat, *Pelicanus* nimirum, & *Diota*, B. *Omdryff-glas* / *Circuleer-glas*. G. *Circulier-glasz*. Gall. *vaissaux Circulatoire*. A. *Circulatory glass*.

**CIRCULATUM MINUS**, nihil aliud est quàm *Spiritus Vini*.

**CIRCULUS**, est Instrumentum rotundum ad chemi-corum vitra abscindenda ex ferro factum; perfringuntur hoc modo: circulus igne candefactus vitro circumponitur, illudque tamdiu stringitur, donec fervereat & incal-scat, cumque adhuc fervet frigida gutta immissa, aut frigidi halitus afflatu dissilit, atque disrumpitur. B. *Ein Ring*. G. *Ein Ring*. Gall. *Anneau*, *Cercle*. A. *Ring*.

**CIRCUMFORANEUS**, idem quod *Agyrta*.

**CIRRI**, plantarum & imprimis radicum tenuia sunt capillamenta, quæ contorta crispantur. B. *Krullende Hayr-wortel*.

**CIRSION CIRSIIUM**, est Cardui species, quo cum convenit in omnibus, & ab eo tantum differt spinis mollioribus: quia putatur hæc planta Varicibus mederi, nomen accepit à *κίρσις*, varix, cum vena multo sanguine dilatata est. *Fuchsius* nominat *Buglossam* vel *Linguam bovis*.

**CIRSOCELE**, est varicosa vasorum ad testes euntium dilatatio, ita ut tertium testiculum quandoque mentiatur, ex *κίρσις* varix, & *κύστις* tumor. B. *Zwelling / of brenk der kloot-ader*. G. *Geschwollene, auff gelauffene Samen Aderen*. Gall. *Hernie des Vaissaux Spermaticques*; *Cirsocele*. A. A Swelling of the seed-vessels.

**CIRSOS** five **VARIX**, est nimia venarum in exteriori corpore sitarum dilatatio in tumorem elata, flexuosa, in una aut pluribus corporis partibus hærens; oriunda ab impedito sanguinis valde moti per has venas transfluxu, unde ad sedes valvularum à sanguine collecto ita dilatantur sæpe, ut rupturam minentur. Invenitur apud Græcos duplex nomen: Alterum est frequentissimum *κίρσις* seu (ut est apud *Polluceum*) *κίρσις*, alterum verò non ita fre-

frequens *ἕλιξ*, quod quidem postremum usurpatum invenitur ab *Hippocrate*. Latinis *Varix*; *Ramex* tamen apud *Plautum* pro varice pectoris aliquando sumitur, in Merc. l. II. *Tuâ causâ rupi ramices, tandem spuro sanguinem*. B. *Gebozsten Ader / uitgerechte Ader / Ader spat. G.* Aderbruch. Krampff ader, aufgeblasene, geschwollene Adern. Gall. *Varice, Veine dilatée*. A. A crooked swelling vein, or varix.

*CISSAMPELOS*, dicitur de convolvulo, vineas amante, quia juxta illas sæpe succrescit. Ex *κισσός* Hedera, à *κίω* quòd in pariete vel arboribus latè serpat; vel à *κίω* scindo, quia Hedera arborea alias arbores scindit & perdit, adde *ἄμπελον* vitis, vinea: ab *ἄμα* una & *πυλός* lion. pro *ἄμα* vinum. Vide *Helixine Cissampelos*.

*CISSIUM*, seu *CISSOPHYLLUM*, sunt Vincetoxici Synonyma: quia habet folia Hederae similia. *Κισσός* est Hedera, cui adjicitur *φύλλον* folium.

*CISSOS*, est Helix seu Hedera, vide *Κισσός* in voce *Cissampelos*. Bacchus quoque olim *Κισσός* dictus.

*CISTERNA CHYLI*, idem quod *Sacculus Chyliferus*.

*CISTUS*, *Κίσθος* & *Κισσύρον*, est frutex, cujus folia obrotunda, villosa, aspera, conjugata: flores rosacei, quinquepetali, coloris rubicundi: calix triphyllus, pistillum abit in fructum qui est capsula obrotunda, villosa, aspera, quæ per maturitatem dehiscens semina exigua, & rufa fundit: radix lignosa, ramosa: crescit in regionibus calidis, præsertim in locis saxosis: ex hujus foliis Ladanum gummi exsudat. Dicitur fortassè quòd ejus species aliqua *κίσσω*, id est Hederae foliis rotundis sit similis: Sunt qui nomen à Bacchi saltatore derivant, cujus nomen erat *Cittus*, vel *Cissus*: Historiam vide apud *Cassianum Bassum*. Nonnulli *ἀπὸ τοῦ κίσθου*, verme, seu curculione derivant: *Κίς* enim omnia frumenta perterebrat: unde *κισσόνειος* pumex variis foraminulis perforatus lapis est. Sic frutex hic à porosa textura & innumeris spiraculis pervia, quæ vinum transmittit. Gall. *Ciste*.

*CITRAGO*, appellatur Melissa, ob citreum, quem spirat, odorem. Vide *Melissophyllum*.

*CITREA MALUS*, Est arbor semper virens, cujus rami sunt extensi, flexiles, cortice viridi & polito intructi; folia laurinis similia, longa, acuta, rigida, ab-  
que

que appendice, carnosâ, in margine dentata, coloris viridis splendentis, præsertim in parte superiori, odoris penetrantis: flos est rosaceus, plurimis scilicet petalis in orbem positis constans, ex cujus calice surgit pistillum, quod deinde abit in fructum oblongum, donatum cortice crasso, inæquali, carnosâ, in initio viridi, postea citreo splendente, intus albo, odoris grati, saporis aromatici & grati: fructus hic dividitur in loculamenta succo acido grato, & seminibus externè duris, oblongis, albis medullois, saporis aliquantulum amari, facta: hæc arbor crescit in regionibus calidis: dicitur, quòd ejus fructus citrinum habeant colorem; quorum succus gratissimè acidus nitrosus, & refrigerans, optimum in febre ardente sitientibus est solamen. **B. Citron.** Gall. *Citronier.* A. The Citron tree.

**CITRINUM** succinum, arsenicum, sulphur, citrina stœchas, citrinæ myrobalani. pen. corr. vide *Amaracinus*, *seq.*

**CITRULLUS**, Anguria est, sic à citri luteo colore dictus.

**CITTA**, five **PICA**, est appetitus depravatus, quo ea appetuntur, quæ ab esu humano prorsus aliena sunt, ut Calx, fistulæ tabacæ, carbones, testæ, panni, coria, arena, &c. Causa latet in depravato ventriculi succo, qui non nisi per insueta assumpta mutari potest, vel à circulatione sanguinis mutata, ut in gravidis, vel ab imaginatione depravata. **B. Verdozven of onguere Honger.** **G.** Der Schwangern Weiber lust zu unnuetze Sachen. Gall. *Appetit depravé.* A. A strange depraved longing in breeding women.

**CIVETTA**, à voce Indica *zibeth*. Est animalculum ex cujus vesiculis circa Inguina succus pinguis fragrantissimus educitur. Vid. *Zibethum*.

**CLARETUM**, est vinum, aromatum infusione imprægnatum, ac saccharo edulcoratum, dicitur aliàs *Vinum Hippocraticum*: Item Vinum Medicatum, sic nominatur, quòd per manicam Hippocratis colatur & purificetur. **B. Klarey / klaretten-wijn / genes-wijn / kruid-wijn / handeel-wijn / hypocras / bzuids-tranen.** **G.** Hippocras, gewurtz-wein, claret. Gall. *Vin Clairé, vin d'Hippocrat.* A. An Aromatick wine, or claret wine.

**CLARIFICATIO**, est modus, quo succi vel decocta turbida, & crassa, clariora redduntur: quod sit filtratione,



tionē, subsidentia, fermentatione, vel additione aceti, albuminis ovi, aut lactis. B. *Gen klaar-making*. G. Reinigung Clarificirung. Gall. *Clarification*. A. Clarifying or clearing.

CLASSIS, sic à Botanicis vocatur congeries Plantarum, quibus nota quædam communis adeò propria adest, ut hæc ab omnibus aliis generibus prorsus differant: Solentque hodiè omnes plantæ in sua genera & classès redigi, ut scientia botanica ad methodum doctrinæ deducatur, & facilius nomina plantarum memoriæ mandari possint. Gall. *Classe*.

CLAUDUS, est qui altero pede minùs æquè incedit, altero breviorē, aut aliter distorto, vel contracto vel minùs robore valente ob musculos aliquos femoris relaxatos, vel paralyticos. B. *Mank*. G. *Hinckend*. Gall. *Boiteux*. A. A Cripple.

CLAUSIPORTA, pro clausiporca: nam porcæ sunt clusiles, Italis *porceletti*.

CLAVICULÆ, sunt ossicula duo thoracem claudentia, oblonga, dupliciter incurvata, scapulamque clavis instar, cum sterno firmantia: sic dicuntur à clavibus ædium antiquis, *Patavii à Spigelio*, & deinde à me visis. *Celsus Jugula* vocat à Jungendo, alii *Ligulas*, *Os furcale*, &c. Gr. appellant κλεις, κληίς *Hom.* κληίδιον *Gal.* transversim sub imo collo sitæ sunt, in pectoris summo, utrinque una. *Figuram* habent oblongi S. Latini. B. *Het steutel-been / krop-been*. G. *Das hals-bein, troffel-bein*. Gall. *la Clavicule*. A. The Clavicular bones.

CLAVICULÆ, in plantis capillamenta intorta, vel *Capreoli* sunt, quibus quasi manibus proreptans vitis adimicula comprehendit. Vide *Capreolus*.

CLAVUS, vide *Helos*, est etiam doloris capitis species clavum referens. Item est verrucæ species, callosa, parum elevata, digitos vel plantas pedum occupans, ex calcei pressione inæquali, vel attritu oriunda. B. *Gen iyh dooyn / erteroogen*. Vid. *Helos*.

CLAVUS, juxta *Tornamiram*, est passio in parva capitis parte: Communiter est supra oculum in supercilio, & videtur ægris ac si pars capitis clavo vel terebello perforaretur. Et à Celso clavi vocantur callosa in albo oculi tubercula, quibus nomen à figuræ similitudine est.

CLEF

CLEIDION, idem quod *Clavicula*.

CLEMA & CLEMATIS, dicuntur plantæ farmentosae, ut vitis &c. à *κλῆμα* frango, quia fragiles.

CLEMATIS DAPHNOIDES, Est planta, quæ habet caules exiguos, tenues, longos, rotundos, virides, nodiferos, repentes, ubique adherentes: folia sunt oblonga, viridia, polita, bina, sibi invicem opposita, caulibus brevibus adherentia, saporis amari, stiptici: flos est monopetalus Hypocrateriformis, multifidus, coloris ut plurimum cærulæi aliquando albi, rarò rubri, sine odore, ex hujus calice surgit pistillum infimæ floris parti ad instar clavi infixum, quod deinde abit in fructum oblongum, duabus siliquis constantem, quæ continent seminam plurima oblonga, ferè cylindracea, fuleata ab una parte; radix fibrosa. *Pervinca* officinis, *Vinca pervinca* vulgò nominatur. *Clematida* Græci, quoniam *κλῆματα*, hoc est farmenta seu viticulas per terram spargat, dixerunt. *Daphnoida* verò à foliorum Lauri, quam ejus folia habent, figura. Plinius *Clematida Ægyptiam* nominat *vincam pervincam*, alioque nomine *Chama-daphnen* dicitur, quòd sc. humilis videatur Laurus, ut nomen sonat *vinca*: dicta fuit, quia in thalamis nuptialibus inde cingula conficiuntur. B. *Maagdepalm / vinksoort*. G. Ingruen, Singruen. Gall. *Lyfferon, Pervenche*. A. Perwinkle.

CLEMATIS PASSIFLORA, ita appellatur, quod varia in flore habeat Christi passionis signa. B. *Wloem des Lijdens / Passi-bloem*. G. *Passions-blume*. Gall. *Fleur de la Passion*. A. Flower of Passion.

CLIMACTERICUS ANNUS, tales anni dicuntur, qui à nugivendulis, per certos gradus, vel certam distantiam, aut numerum septenarium & nonarium distinguuntur, & inter hos quadragesimum nonum, & sexagesimum tertium præ aliis notatu dignissimos habent: quòd in his insignes mutationes, & pericula vitæ metuenda sint. Vide *Annus Climactericus*. B. *r. Moord-jaar*. G. *Mord-jahr*, das Wecksel-jahr. Gall. *Année Climacterique*. A. The termes of important change sin the bodies of men.

CLINICUS, est Medicus vel Medicaster, qui diætã curat, aut Medicamentis. Sed hoc munere sæpe à mulierculis, quæ lecto affixis subministrant, fungitur, à *κλινικος*, *Lectus*, derivari debet.

CLI-

CLINOIDES APOPHYSIS, Gr. κλινοειδής, à κλινω. inclino; quòd hæc ossis protuberantia sinum parvum habeat, qui lectum referat. Uti sic scapulæ apophysis humeri os recipiens, &c.

CLINOPODIUM, est planta, quæ habet caules tenues, quadratos, villosos, longos: folia majoranæ sylvestris familia, sed minus odora, sibi invicem opposita, villosa, saporis salviæ: flores in verticillos densos, cauli circumpositos aggregati sunt, galea erecta rotundula, bifida, barba tripartita: flori succedunt quatuor semina oblonga, tenuia, rubicunda, in capsula, quæ flori tanquam calix inservivit inclusa: radix fibrosa: crescit in sylvis: quibusdam *Marum* appellata, est propriè lecti pediculus, quòd folia habeat lecti pedibus simillima, à κλινω inclino, reclino; unde κλινω lectus, & πύξ pes. B. *Wassil-fruid*. G. Mastick kraut. Gall. *Herbe de mastic*. *Basilic sauvage*. A. Wild Basil.

CLISTUS, vide *Clyffus*.

CLITORIS, seu AMORIS DULCEDO, est velut penis muliebris, titillationi inserviens, genitalibus scemini- nis appensus parte superiori: Constat, ut penis virilis, ex duobus corporibus nervosis, quæ ab inferiore parte os- sium pubis ortum ducunt, etiam in extremitate obtegitur glans præputio; ejus substantia spongiosa est, adeo ut à sanguinis majori vel minori copia effusa in cellulis cavernosis tempore voluptatis intendi & relaxari possit, non tamen ut in viris perforata est. Dicitur à κλειτοριζω lascivio. Gr. κλειτορις dicitur & Nympha. B. *De Wittelaar*. G. Scham-zuenglein. Gall. *le Clitoris*. A. *The yard of a woman, or the clitoris*.

CLOACA, à colluendo, vel à cloacare, id est inquinare, vel à cluo, id est purgo. Corporis immunditiarum est receptaculum.

CLYDON, est fluctuatio assumptorum in ventriculo, ob laxitatem fibrarum ejus, & vim minorem muscutorum abdominalium quam ut viscera contenta sufficienter comprimat, à κλύω abluo, lavo.

CLYMENUM, Est planta, simillima in omnibus *Lathyro*, nisi quòd folia plurima uni costæ adnascentur, non modò duo, sed aliquando quatuor, sex vel octo ad eundem exortum: dictum scribunt ab inventore Clymeno  
Re-

Rege : sed rectius à κλίω reclino, quòd fructus five folliculi ad se invicem reclinant ac quali recumbant, veluti iridis floris folia postea Clymenum vocarunt, & Regium nomen ei imposuissè sinxerunt.

CLYPEALIS CARTILAGO, idem quod *Thyroides*.

CLYPEUS, five clupeus à cluendo, hoc est purgando, vel quasi calypeum, à καλύπτειν, tegere, quòd tegat.

CLYSMA, idem quod *Clyster*.

CLYSTER, eris, pen. prod. quia Græcis κλυστήρ, ἡρσ. Ita apud *Galenum* legimus : πολὺ ἐν τῷ ποιάτῳ κλυστήρ κίται. Ακλῆζα abluo, eluo.

Πολλάκι δ' ἐν κλυστήρι νίον γλάγῳ διὸς ἀμέλξας. *Nicand. Alexipharm.*

CLYSSUS, est, quòd alicujus rei essentiam, apud Chymicos, contineat : vel quando ejusdem rei species variè seorsim elaboratæ iterum conjunguntur, ut cum sal commune, Sulphur, oleum, spiritus & Mercurius iterum in unum corpus coagulantur. Dicitur & *Aqua Stimmea* vel *Sulphurea*, estque spiritus quidam mineralis, cujus basis præcipuè Antimonium, nec non alia sulphura mineralia. Vide *Essentia quinta*.

CLYSTER & CLYSTERIUM seu ENEMA, est Medicamentum internum, fluidum, quod per anum in intestina ope siphonis injicitur. Clysteres alii sunt emollientes, & laxantes, alii detergentes, alii astringentes, alii anodynii, alii ad alias intentiones parati, à κλυζω abluo. Gr. κλυστήρ. B. *Clysteris* / *Clysterc* / *Sputsetting* / *Warm-spoeling* / *Cat-spoeling*. *Clyster* sumitur aliquando latiori nomine, pro *Metrenchyta*, *Otenchyta*, *Risenchyta* &c. quæ suis vocabulis suo loco reperiuntur. G. Einspruetzung, Clystier. Gall. *Lavement*, *Clystère*. A. Clister.

CLYSTERIUM, vide *Clyster*.

CNICUS & CNECUS, vocatur *Carthamus*, herba flores proferens croco similes. Hinc κνικὸς est flavus color, fortè à καίειν accendo, quia ignei coloris est, ut crocus, vel ἀπὸ τοῦ κνίζειν, quod mordere & pungere significat : vel ἀπὸ τοῦ κνίσμεν, quòd pungendo, pruriginem excitet, quod de sylvestri rectius, quàm de sativo dici potest. B. *Wilde saffraan* / *basterd saffraan*. G. Wild-saffran. Gall. *Saffran Sauvage*, *Saffran butard*. A. *Bastard Saffron*.

CNIDE, est Urtica urens, quia nocenti lanugine pun-  
git, à *κνίδα* scindo, scalpo, pruritus excito.

CNISMUS & CNESMUS, à *κνίδα* scalpo, prurio.  
Vide *Pruritus*.

CNISSOREGMIA, sive SODA, est ciborum ex reg-  
no animali in ventriculo debili hærentium, nec subactio-  
rum fatis, adeoque in initio putredinis positorum eructa-  
tio, undè *ructus nidorosus* dicitur: si autem cibi ex regno  
vegetabili fuerunt, adeoque suam sequentes naturam, est  
in ventriculo, quasi exustio, & pruritus, cum eructatio-  
nibus acidis, à *κνίδα* prurio, & *ἔρρυπος* rumpo, quia  
calor cum aciditate erumpere videtur. B. *De Sode /*  
*Spys-berhandinge*. G. Hitze des Magens, Sode. Gall.  
*Ardeur d'Estomac*. A. The heart burning.

COAGULANS medicamentum dicitur, quod partes  
fluidum constituentes in massam stricam & concrescen-  
tem mutat, ita ut multæ sub una superficie moveantur  
antea separatae hocque facit vel exhalando diluens, vel  
addendo glutinans, vel partes inter se compingendo. B.  
*Gen verdikkend of zamenstremmend middel*.

COAGULATIO, dicitur humoris à re aliqua vel vera  
privatio, vel saltem talis, quæ sensibus nostris non appa-  
ret, vel particularum ante fluidarum in solidum cohærens  
mutatio. B. *Stremminge*. G. Ein Rinne, zusammen ge-  
lossen. Gall. *Coagulation*. A. Coagulation or Curdling.

COALESCENTIA, est partium solidarum unio, quæ  
antea erant divisæ. B. *Van-een-groejinge*. G. Zusammen-  
wachsung. Gall. *Coalescence*. A. A Growing together.

COARTICULATIO, idem quod *Diarthrosis*.

COBALTUM, *Cadmia nativa*, *Fossilis*, *metallica*, est  
minerale terreum, colore ferè nigrum, æris vel argenti  
particeps. Foditur copiosè haud procul à Goslaria. Causti-  
cum est & erodens, adeoque inter venena habendum. B.  
*Kobalt*. G. Kobalt, Mucken-pulver, quia Muscæ ejus  
gustu perimuntur. Gall. *Cobaltum*, *espece de Cadmie natu-  
relle*. A. Brassé ore, or Cobalt.

COCCIGRIA, vel COGGYRIA, est arbuscula mon-  
tana & sylvas amans, ejusque radicibus lanæ, &c. purpu-  
reo inficiuntur colore, Etymon erit à *κόκκος* granum,  
bacca, color ex cocco factus *panicus*, & *ὑψος* sylvestris.

COCCUS, in genere sumitur pro omni bacca, sed pro-

ximè refertur ad Ilieis minoris baccas, quæ *Grana Kermes* seu *Chermes* appellantur, nonnulli putant coccum significare vermiculum, qui singulis baccis innasci dicitur, hinc ejusmodi color vocatur *Vermeil & Vermillon* à verme nempe, hinc quoque Arabum *Chermes, Kermes, Color Chermesinus* &c. nostris *Katmosyn*. Hinc *Coccineus color*.

**COCCUS CNIDIUS** seu **GNIDIUS**, baccae esse putantur chamæleæ: admodum urentes & acres, hinc à *κνιδι* uro, vel *κνιδη* urtica urens: urtica enim instar urit, mordet, pruriginemque excitat. Pipere enim, quod calidum fatis, calidius est. Fortè *Gnidius* appellatur corruptè facilitatis gratiâ ut fieri solet.

**COCCUS BAPHICA**, idem quod *Kermes*.

**COCCYMELEA & COCCYMELEON**, videtur esse pruni species, & quibusdam videtur esse *cuculi malus*, *κόκκυξ* enim est cuculus, & *μήλον* malus: hinc arborem illam dictam conjiciunt, quod grandescens pomis, cuculus è suis latebris prodeat, & conspiciatur: vel, nomen hoc potius inditum, quod floreat, quando cuculus ad suas latebras redit, nec amplius videatur.

**COCCYX**, est ossea compages quæ constituitur ex tribus ossiculis, rarius quatuor, quæ ossi Sacro subsunt, horum supremum latius inferiori, ita ut caudam referant, quæ introrsum inclinata, faciliori sessioni inservit. Dicitur & *Orropygium, Uropygium, Sacra spina*, lidoro, *κόκκυξ, ὄρρυπιόν, ορροπίον, σποιδύλιον*. B. *Stiet-been suyt b en / steert-been*. G. Das Guck-gucks vel Schwantz-beinlein. Gall. *Le coccis, POs de la queue*. A. The Rump bone.

**COCHLEA**, Tertia Labyrinthi pars est, structuræ valde mirabilis, quæ vestibulo in parte canalibus semicircularibus opposita, anteriori, interiori, faciem respiciente, posita tamen canalibus inferiore, apposita, & pro parte continuata est; à Vesalio Buccinæ comparatur, vulgò cochlea à similitudine quàm optimè dicitur, testam enim limacis spirali suâ fabricâ exactissimè refert. Est autem canalis osseus, substantiâ osseâ, tenerrimâ, friabili, in auribus saltem exficcatâ calcinatum os referente, constans latiori ferè circulari basi seu orificio, partim à vestibulo, partim à fenestra rotunda incipiens, sensim in progressu extenuatus, arctatus, tandem angustissimus, tenuissimus, in apicem desinens, hinc conicus, quia circa alium conum,

num, simili substantiâ osseâ, tenerriamâ, friabilissimâ, fragilissimâ constantem, basin versûs crani cavitatem, apicem verò versûs tympanum habentem, à parietibus ejus sinuositatis, per quam nervi auditorii portio mollis ad cochleam pertingit, efformatum, quem nucleum, modiolum, conum sustentantem, firmantem, appellare licet, spiralem in modum circumpositus, à basi ejus sursum à basi sua binis gyris perfectis, non liberè continuatis, sed sibi invicem impositis, cohærentibus, cum uno dimidiato confectis, apice suo angustissimo ad Modioli seu conii firmantis apicem perfectè cochleæ instar terminatur, desinit. Interim canalis hicce conicus, spiralis, diaphragma habet, seu septum medium, spirali suo decursu canalis spiralem ductum sequens, hinc *Lamine spiralis* nomen non immeritò ferens, formam Isoscelis trianguli, si explicetur, habens; quod iterum lineâ ferè perpendiculari ab apice ad basin demissa, in duo triangula ferè rectangula, & æqualia distinguitur. Horum triangulorum alterum, quod cono sustentanti proximum est, osseo-cartilagineum, sensim versûs apicem tenuescens, tenerum, tenue, politum, elasticum, ab ea sede, quâ canalis modiololo adhæret, proveniens, assurgens, ultra medium ejusdem cavi vix progreditur: alterum respectu conii firmantis, externum, ubi præcedens osseum desinit, incipiens, eique annexum, continuatum, membranaceum, tenuissimum, tenerriimum, colorem obscuriorem habens, nervosum, ad oppositum canalis latus à nucleo aversum pertingens, ei annectitur, firmatur, reflectitur, evolvitur, & totum canalis hujus superficiem, internam investit, interim tensum, elasticum, tremulum, cum priori osseo non exactè idem planum formans, sed paulò inferiùs declinans. Ultima hæc pars membranacea ad minimum ex binis adhuc lamellis composita videtur, dum sc. singula binarum canalis cavitatum suâ membranâ investiat, quæ binæ membranæ investientes etiam partem osseam septi, eam deserunt, sibi invicem applicantur, & sic formant unam membranam, ut etiam in membrana tympani, & in variis aliis corporis locis contingit. Inter has autem adhuc videtur intercipi tertia lamella nervea, seu expansio quædam nervosa. Ope hujus diaphragmatis cochleæ cavitas dividitur in duos cuniculos cavos ferè semiconicos, & æquales, æquè longos, sibi

invicem incumbentes, fortè non communicantes, membranarum tenerrimis, nervosis, vasculosis, intus investitos; *scalas* appellatos, quarum scalarum superficiem levissimam, cavitatem semiconico ellipticam propter deflexum partis membranosa ipsius septi, amplo & patulo orificio aperitur in vestibulum ad anteriora ovalis fenestrae, inferior verò cavitatem sortita magis irregulari figurâ donatam, nec non superficiem modiolò adhaerentem asperam & inaequalem; à foramine rotundo in tympano excavata exoritur, & ab ipsâ hujus foraminis membrana inhaerente striâ, partim dimidiato margini foraminis, partim ipsi septo inculptâ, occluditur. *Κόγχη Rusô. άσακός Poll. B. Her. Fleh-been. G. Das Schnecken-gleiche Beinlein. Gall. le Limaçon. A. Snailbone.*

**COCHLEARE**, maximum, pendet drachmas quatuor: Magnum sesqui drachmam: parvum drachmam unam: minimum drachmam semissem. *B. Ein Lepel. G. Ein Loeffel. Gall. Cuillier, cuillerée. A. A Spoon.*

**COCHLEARIA**, est herba antiscorbutica, humilis, quæ habet folia ex radice erumpentia obrotunda, mediocriter ampla, carnosa, excavata aliquando instar cochlearis, viridia, splendentia, succo plena, caulibus mediocriter longis purpureis adhaerentia: caules ex his nascuntur ad altitudinem unius circiter pedis, angulosi, rubicundi, ramosi, folia exigua oblonga sine caulibus habentia: flores quadrifidi, cruciformes, & albi juxta longitudinem summitatum caulium nascentes; flori succedit siliqua ferè spherica septo medio instructa, cui ad latera adhaerescunt semina exigua, ferè rotunda, rubicunda: radix exigua recta, & fibris albis instructa: icta planta vel contrita habet odorem penetrantem, & saporem acrem; crescit plerumque in locis maritimis: sic vocatur à cochlearis forma, quam folia habent. *Gall. herbe aux cuilliers.*

**COCLES**, quasi unoculus, vel ocles, vel *κόκλωψ*, quòd à *κόκλω*, circulus, & *ὄπωμαι*, video.

**COCTIO**, est assumptorum crassiorum in minimas particulas redactio, cum liquidis oris & ventriculi &c. mistio, ita ut apta evadant transitui per lactea, sanguineaque vasa, & nutritioni corporis. *Prima coctio fit in ventriculo, à fermento ibidem à reliquiis ciborum remanente, partim ab humore gastrico ex glandulis vasa sua accipientibus*



bus ab arteriis coeliacis in ventriculum affluente, & à respirationis motu, & ipsius ventriculi contractione, & ambientium calore ac compressione. *Secunda* fit in intestinis à bile, & succo pancreatico, & prioribus adminiculis. *Tertia* in glandulis mesentericis, à lymphâ cum Chylo sese miscente. *Quarta* in pulmonibus, à nitro aëreo inspiratione, aërisve in vasa sanguinea actione, dum in inspiratione cunctis viribus in vesiculas pulmonales irruit, adeoque vasa sanguinea has cingentia & interposita mirè mutat & comprimit. *Quinta* in vasis & visceribus, puta liene, hepate, testibus virilibus &c. Malè coctionis nomine indigitatur, quia coquere igni proprium est: si enim calor esset fermentationis causa, quid tunc dicendum de piscibus, aliisque in quibus calor sensibilis nullus inest. Coctio est propriè assumptorum in nostram naturam mutatio per vim solidorum & fluidorum, sive per actiones naturales. *B. Kokinge / gestinge / verduwing.* G. Verdawung. Gall. *Concoction, digestion.* A. Concoction, digesting. Pharmacopœi eodem coctionis vocabulo utuntur in coquendis Medicamentis, quæ nihil aliud est quàm particularum quarundam, ex Medicamentis mediante ebullitione, extractio. *B. Kokinge.* G. Die Kochung. Gall. *Cuiffon.* A. A Boyling.

**COCTIO**, autem Practicis significat illum statum morbi, quo materia morbosa prius cruda, per circulationem sanguinis, vel per propriam materiæ indolem, vel per medicamenta, sic mutatur quo ad molem, figuram, cohesionem, mobilitatem, inertiam, ut non amplius adeo recedat à sano statu, minus agrotum reddat corpus, & impetum morbi minuat; status ille morbi, in quo hæc ita fiunt, appellatur coctio, maturatio, vel *πρωμασία*.

**COCULUS INDI**, fructus magnitudine & figurâ instar lauri bacæ, racematim pediculis hærentes, hederæ corymborum modo ex Alexandria adferuntur. Quidam Solani Maniaci, alii Clematis fructum censent. Dicuntur aliàs *Baccæ Levanticæ*, *Baccæ Orientales*, *Baccæ Cotylæ*, *Elephantinæ*, *Cuculus indicus*. *B. Kocles.* Contra pediculorum acies utitur vulgus. G. Doll-keerner. Gall. *Coques du Levant.* A. Indian cockles, grain vel berry.

**CODIA**, sunt capita papaveris, ex quibus syrupus conficitur, sed strictè: latè verò sumitur pro omni plantarum

capitulo. Gr. *κόδιον* & *κόδιον* : *κόδιον* fructus est papaveris. B. *Maan-koppen / slaap-bollen*. G. Mohn Hæupter, wagsame kœpff. Gall. *Parvot*. A. Tops of poppies.

COECUM INTESTINUM, est in ordine à ventriculo quartum, & crassorum intestinorum primum, situm est ad os Ileum dextrum, incipit, ubi intestinum Ileum definit & in appendice sive processu vermiformi finitur; valde capax, longitudo hujus intestini non excedit latitudinem 3 vel 4 digitorum transversorum; sacculi instar pro-pendens, & ab una parte impervium est: Gr. *τυφλόν*. B. *De blinden Darm*. G. Der blinde Darm. Gall. *Le Boyau cæcum*. A. The blind gut.

COELIA, est cavitas magna, ut venter infimus, medius & supremus, à *κοιλία* cavus. B. *Een holligheid*. Hœhle. Gall. *Cavité*. A. Any great cavity.

COELIACA AFFECTIO, idem quod *Cœliaca passio*.  
COELIACA ARTERIA, est quæ à trunco arteriæ magnæ oritur, ventriculo, & hepatis suis ramificationibus propicit. B. *De maags slag-ader*. G. Der magen puls-ader. Gall. *Artère Cœliaque*. A. The Cœliack artery.

COELIACA PASSIO, sive affectio, est alvi fluxus, in quo cibus vel in totum, vel ex parte mutatus, absque chylicatione, per anum ejicitur. Estque duplex *prima* in qua cibus in ventriculo solummodo coquitur: *altera*, quando in ventriculo, & intestinis costio seu fermentatio simul peragitur, verum propter obliterationem aut obstructionem papillarum intestinalium, vel vasorum Lacteorum, ex longa nempe inedia, vel dysenteria purulenta &c. non intrat in corpus, à *κοιλία* venter, alvus. B. *Spijs-loop / grauwe-loop / rauwe gijlbloed*. G. Bauch-flusz. Gall. *Flux d'Aliment*. A. The Cœliack pession.

COELI DONUM, idem quod *Chelidonia*.

COELOMA, est ulcus cavum & rotundum, in cornea oculi tunica, à *κοιλία* cavus. B. *Een rond hol in 't oog*.

COELUM, est cavitas oculi versùs canthum. *Cœli τροπαι*, sunt aëris constitutiones. Coelum etiam dicitur *Palatum*.

COEMENTATIO & COEMENTUM, vide *Cementum*.

COFFE, Fabarum species est, in Arabia Felicis nascens, ex quibus tostis & tritis, aqua fervida tinctura extrahitur, quæ sorbillando à Turcis, Ægyptiis, Persis aliisque

que nationibus ex vasculis ebibitur. Arbor Euonomo similis est, sed folia crassiora, durioraque habet, imò viridiora, & perpetuò virentia. Singulæ vel plures fabæ folliculis castanei coloris includuntur. Vocatur *Coffèe*, *Coffi*, *Coava*, *Bon*, *Bunchum*, *Chaova*.

COGGYGRIA, vide *Coccigria*.

COHOB & COHOBIVM, idem quod *Cohobatio*.

COHOBATIO est, quando liquor destillatus, menstruo suo reasfunditur, & deinceps destillationi exponitur; ut destillata sic viribus, majoribus imprægnentur, & magis reddantur spirituosa. B. *Vermeuwinge / herbattin-ge / weder-oberhaling / weder-obertrekking*. G. *Offt Wiederholte Distillierung*. Gall. & A. *Cohobation*.

COINCIDENTIA, sive INTERCIDENTIA, est, cum aliud in aliud vas humor fluit. Ex. gr. in oculo *coincidentia* est, ubi in meatum porumve opticum, qui à basi cerebri veniens, oculo videndi facultatem tribuit, humor adaperto vel rupto vase incidit, obturatque eum, unde cum dolore visus offenditur. Gr. *παρεπιτοσις*.

COINDICANTIA, sunt signa quæ cum aliis signis simul, considerata idem auxilii genus in morbis adhibendum indicant.

COL. ADD. In formulis Medicorum brevitatis gratia scribitur, & significat Colaturæ adde, quando decoctioni percolatæ aliquid insuper admiscetur.

COLATORIUM, est cribrum, pannus, aut aliud quid, per quod aliquid colatur. B. *Een zygdoek / een doo-zeig-tuig*. G. *Ein seih-tuch, ein durchschlag*. Gall. *Colatoire*. A. *Strainer, a straining cloth*.

COLATIO & COLATURA, est quando liquor post coctionem aut infusionem, per cribrum, aut pannum percolatus est, & à crassioribus particulis liberatur. B. *doo-zeigfel*. G. *Durchseihung*. Gall. *Colature*. A. *Liquor when strained*.

COLCHICUM, est bulbus florem ferens, folia habet lili; florem liliaceum, monopetalum, ex ipsa radice ortum, tubi tenuissimi forma, in sex partes sensim ampliati; pistillum autem è fundo floris surgit, in capillamenta tenuia desinens, abique in fructum oblongum, trigonum, trilocularem, factum seminibus subrotundis: radix est gemina, tuberosa, rotunda, avellanæ magnitudine, compressa,

fa, albida, carnosa, quarum una exterior elapsi anni steriliis, marcescens; altera in fibras porrecta, intra priorem latens, eodem involucre membranaceo involuta: saporis dum recens est hæc planta, acerrimi, dum annofa, subdulcis farinacei paululum viscosi vel lenti, odoris nullius: crescit hæc planta in pratis & montibus, bulbus dicitur esse venenosus, à Colchide veneni ferace, in qua nascitur, nomen sumpsit. Gr. Ἡρμόδιον, Hermodactylum vocant. B. *Tydeloosen / Paakite-vrouwen*. G. Zeitlofen, wildt Saffran. Gall. *Colchique ou Mort au chien*. A. Meadow-saffron, the dogsbone. Vide *Ephemerum*.

**COLCOTHAR**, est illud corpus siccum & terrestre, quod post destillationes validas in vasis remanet, vulgò *Caput mortuum*, & propriè intelligitur de vitriolo. B. *Догоде Коп*. G. Der todte Kopff. Gall. *Tête morte*. A. The caput mortuum of Vitriol.

**COLES**, idem quod *Penis*.

**COLICA PASSIO**, idem quod *Colicus dolor*.

**COLICUS DOLOR**, est dolor acutus in intestinis abdominalibus sedem habens, oriundus à quacunque causa, quæ fibras nervosas intestinorum valdè distendit, erodit, comprimit, solvit: à colo intestino nomen habet, sed immeritò, quia in omni intestinorum loco reperiri solet: est verò major aut minor; continuus aut intermittens, & sæpe habens stas periodos, murmura ventris, & punctiones vel vagas vel fixas; alvus plerumque suppressa est vel flatibus plena: interdum eructatio & vomitus urgent, & febris, vel inquietudines, & urinæ quoque suppressio; quòd si diuturnus, fixus & vehemens fuerit, ei solet denique remittenti paralysis artuum supervenire. Nomen rectius sortitur à *κοιλία* alvus, qui non semper in colo, ut vulgò putant, verum maxima ex parte in media alvo seu Mesenterio contingit, unde *Coliaca Passio* potius appellari possit, quidam à τὸ κολάζειν à torquendo, quòd in eo fiebant tormina colica. B. *Colijk / Darm-scheelg pijn*. G. Das Bauch-grimmen, Bauch-wehe, Colick, Darm-gicht, Darm-winde, das grimmen. Gall. *Colique, trenchée de ventre*. A. The Colick.

**COLLA**, est GLUTEN, Gr. κόλλα B. *Lijm / Pleister*. G. Leim, Pleister. Gall. *Glu, Colle*. A. Glue.

**COLLATITIUM**, est caro cocta vel assata pulli aut

caponis, quæ in mortario tunditur, tusa juri vervecini admiscetur, quæ ægris cum omphacio aut Limonum succo propinatur, fortè ex κόλλα gluten. B. *Kolps*.

COLLECTIO, est quando varia Medicamina sicca, uti Radices, Herbæ, Semina, &c. præscribuntur, & in unum chaos mixta, ut vino infundantur, agris porriguntur. B. *Verzameling / Collectie*. G. *Eine Sammlung*. Gall. *Collection*. A. *Collection, Gathering together*.

COLLECTICA, sunt Medicamenta conglutinantia, ut *Sarcotica*, à κολάω glutino.

COLLICIÆ, sunt *Lachrymalium punctorum* in unum ductum in utroque latere concursus, humorem palpebrarum in narium cava derivantes; in homine ipsis ciliorum apicibus ad canthum majorem insculpta foramina, breves demittunt canaliculos, demonstratu difficiles, nisi cautè diffractis narium ossibus, tunicae relinquuntur integræ, mox enim ubi ossa penetraverint (quousque tenui separantur membranâ) in sinum ampliati narium continuantur tunicae. In ove, lepore, vitulo, cuniculo, non in ipsis ciliis, sed interius paulò eadem reperiuntur ostia, quæ profundius in avibus quærenda, ubi quàm in ullo alio genere longè majora, receptum majorem stylum per palati rimam emittunt; brevis hic admodum, quæ foramina distinguit, membrana. B. *Water-gooten / of traan-gooten*. G. *Thraenen-lœcher*. Gall. *Conduits des Points lacrimaux*. A. *The Gutters*.

COLLIQUAMENTUM, est liquidum in ovo humano vel animali contentum, quod fotu vel incubatu fluidissimum, tenuissimum, pellucidissimum factum est, ita ut eo, rudimentum animale innatans, nutriri possit: hinc in ovis animalium membranaceus sacculus rudimentum ambiens, in quo hæret hoc liquidum, vocatur sacculus colliquamenti.

COLLUM, est illa pars corporis, quæ intra caput & pectus media est, sustentat caput. Constat ex septem vertebris, musculis, arteriis carotidibus, venis jugularibus &c. Anterior pars tantum dicitur *Collum*, posterior verò *Cervix*. B. *Den Hals*. G. *Der Halsz*. Gall. *Le Col*. A. *The Necke*. Sic *Collum Uteri*, est media pars intra fundum uteri & ejus os. B. *De Hals des Uterus*. G. *Der Halsz, Mund der Bärmutter*. Gall. *l'Orifice de la Matrice*.

*trice, le Col de Matrice.* A. The Necke of the Womb.

**COLLUTIO**, est oris ablutio, quâ dentes vacillantes, vel quâ gingivas, & ulcera detergemus. B. *En af-wafschinge / spoelinge / spoel-water zuivering.* G. Aufspuelung. Gall. *Gargarisme.* A. A Washing.

**COLLYRIUM**, quondam erat Medicamentum oblongum, quod in oculorum affectibus fumebatur. In oblonga verò, nonnunquam orbiculari formâ paratur, & vehiculo convenienti pro oculis sanandis dissolvitur, à *κολοβή* mutila, & ἕρῃ cauda, quia habet velut mutilatam caudam; sed potius à *κολύβω* inhiereo, & ῥῆξ fluxio, quia fluxiones oculorum inhibet. B. *Oog-water.* G. Augen-artzney, Augen-wasser. Gall. *Collyre, Remede pour le Mal des yeux.* A. A Remedy for the eyes.

**COLOBOMA**, est vitium labiorum, palpebrarum, aurium vel narium &c. quo partes partibus vel à nativitate, vel casu quodam accrescunt, quæ tamen antea vel solutæ fuerant, vel solutæ esse debuerant, à *κολάω*, amputo vel *κολλύω* agglutino, de oculis dicitur. B. *Derrotte en aan een gewasse oog-schelen / ooggen verminktheid.*

**COLOCASIA**, Est planta aquatica, caulem habens quinque vel sex pedes altum, digiti crassitie: folia sunt ampla, rotunda, in parte inferiori nervosa, longis & crassis caulibus adhærentia, succum aquosum & viscosum habentia, lævia, pedunculo in umbilicum folii inserto, finis pedunculi dat calicem monophyllum membranaceum, infra cavum, turgentem in ovalem figuram, supra in vaginam acutam, semi patulam, instar auris ovillæ explicatam, ex imo fundo calicis axis est, cui circumnascuntur multa ova spherica, baccata, singula instructa sunt tubâ longâ, tenui, filamenti instar, gerentia unum vel alterum semen subrotundum: eidem axi supra hæc ova circumcrescunt stamina masculina dense stipata, suis testiculis instructa: denique supra hæc iterum tertia series filamentis numerosis eundem axim ornat, qui tum format pedunculum graciliorem purpureum: ille denique eminens in clavam longam, nigram plerumque abit: radix est tuberosa, crassa, carnosâ, farinosa, edulis, saporis castaneæ: crescit hæc planta in lacubus & paludibus, præsertim in Ægyptia & Alexandria: putatur esse Arum Ægyptium à *κόλα* venter & *κόλλω* orno, quod ventrem ornet. Gall. *Fève d'Egypte.*

**COLOCYNTHIS**, est citrulli species, amarissima; quæ habet plures caules repentes, villosos, asperos, folia caulibus satis longis adhaerentia, à se invicem satis distantia, ampla, profundè incisa, villosa, aspera, albescencia, imprimis in parte inferiori, punctis plurimis albis notata: flores flavi, pallefcientes: flori succedit fructus levis, amarus, rotundus, non edulis, pugni magnitudine, ex flavo viridis, ocludens sub cortice tenui, polito & splendente medullam candidam, fungosam, levem; & semina in cellulis parva, compressa, oblonga, cucumeracea, quasi fordida, albicantia, saporis acris amari, & nauseosi: crescit hæc planta in Indiis Orientalibus; advehitur nobis cortice demutato, & tunc albidi est coloris, ex Italia, Hispania, Gallia &c. Estque major & minor, rotunda, quæ in usu est, oblonga, pyriformis, pomiformis, semina quoque continet amarissima. Vehementer purgat. Gr. Κολοκυνθίς cucurbitam significans parvam, πικρὰ τὸ πῶλον κινεῖται, seu κινῶν, quia colon seu ventrem commovet. Vide *Cucurbita*. Arab. *Albandal, Chandel, Handel, & Handhal*. B. *Koloquint*. G. *Coloquinth*. Gall. *Coloquinte*. A. *Coloquintida*.

**COLON**, est crassorum intestinorum secundum; ejus situs sic se habet. In dextro Ilio à cæco intestino oritur, & reni dextro adhæret; deinde sursum reflectitur sub hepate, ubi folliculo fellis nonnunquam annectitur, à quo luteo colore inficitur; ulterius pergit transversim sub fundo ventriculi, & à sinistris lieni jungitur, deinde reni sinistro alligatur, ubi gyros habet admodum obliquos, & inde in rectum recta desinit. *Longum* est communiter palmas octo vel novem, latissimum verò & amplissimum omnium. *Cellulas* habet multas. Ligamentum quoddam, medii digiti latitudine per ejus medium parte supernâ intextitur, deinde ob amplitudinem duo ligamenta fortia habet, unum sursum, alterum verò deorsum, ut supernis & infernis partibus alligetur. Circa initium habet valvulam, sursum spectantem, ne sc. ex crassioribus intestinis in tenuia aliquid remeet. Gr. κῶλον; ἢ κατὰ κοιλίαν *Ruso, Poll. γεαίτη Hom.* à κολέσεισθαι torquendo; quod in eo fiebat tormina colica, vel à κολότης cavitas apud *Athen.* vel à κολέειν ab impediendo, quia in eo excrementa, ne statim decidant, morantur. B. *Ironkel-darm / Kartel-darm*. G. *Der Grosse Darm*. Gall. *L'Intestin Colon ou le grand Boyau*. A. *The great gut*.

COLON, Gr. κώλον. Vide *Membrum*.

COLOPHONIA, dicitur, quod ex Colophone urbe olim advehebatur, est substantia oleaginosa, flavescens, arida ac friabilis, residua ex resinis abietina, strobilinaque coctione dum purgantur, vel destillantur, inspissatis ac frigore induratis; si in pulverem redigatur, & pulvis per candelam accensam dispergatur, flammam concipit, & fulgur repræsentat. Vocatur & Pix Græca. B. *Spiegel-harz*. G. *Spiegel-hartz*. Gall. *Colophone*, *Poix-resine*. A. *Colophony* or *Rosin*.

COLOSTRUM, dicitur lac primum, quod post partum in mammis colligitur, tenuius & acidius, facillimè coagulatur. B. *Wiest*.

COLPUS, idem quod *Sinus*.

COLUBRINA, est Ari species, *Serpentaria* dicta, idque ob serpentinum, sive colubrinum colorem, quem habet caulis. Vide *Dracontia*. Eodem quoque nomine insignitur *Bistorta*.

COLUBRINUM LIGNUM, sive SERPENTARIUM, propriè radix est, arboris Timorensis admodum amara, colore fusco. Utuntur adversus colubri morsus, medetur & febricantibus. Nascuntur in *Zeilon* tres species. B. *Slangenhou*. G. *Greisz-holtz*. Gall. *Bois couleuré ou de couleur*, *Bois de Serpents*. A. *Snake wood*. Indis *Comexi*.

COLUM, est omne illud, per quod, ad liquorum depurationem, aliquid colatur & transmittitur, ut cribrum, manica Hippocratis, linteum, papyrus bibula, &c. B. *Gen Strampn* / *Kleins doek*. G. *Ein Durchschlag*, *ein Seih-tuch*. Gall. *Un Couloir*. A. A colander or strainer.

COLUMELLA, idem quod *Cion*.

COLUMNÆ CORDIS, sunt carneæ & rubræ eminentiæ in auriculis & ventriculis Cordis conspicuæ, quæ sunt totidem quasi muscoli, cavitates inæquales reddentes, ut sanguis his quasi manibus dum cor contrahitur, confringatur, & separetur. B. *Hert pilaartjes*. G. *Hertzen aderlein*, *das Hertz geæder*. Gall. *Colonnes charniës du cœur*. A. The fibres or columns of the heart.

COLUMNA NASI, est nasi pars carnosa in medio prominens: labio superiori vicina. B. *Het Neus-steunsel*. G. *Die Nasen Saule*. Gall. *la Colonne du nez*. A. The end of the nose.



COLUMNA ORIS, idem quod *Cion*.

COLUMELLARES DENTES, vide *Dentes*.

COLUTEA, est arbuscula, cujus lignum intus cavum, fere instar sambuci, sed durius, & non medullosum, duplici cortice obductum, superius cinereo, inferius viridi: folia novem aut undecim uni costae adhaerentia, sennam referentia, sed majora, molliora, & magis subrotunda, obtusa, in superiori parte polita, & magis viridia quam sennae, albescentia & villosa in parte inferiori, saporis amari: flores sunt leguminosi, coloris flavi, in spicam congesti: flori succedit siliqua membranosa instar vesicae inflata, polita, plerumque rubicunda, in duas partes dehiscens; continens semina reniformia, flava, post maturitatem fere nigra, saporis pisi: quod, si quis eam mutilet, ipsa moritur; ergo à *κόλυβα* mutilo: dicitur etiam senna spuria vel senna pauperum. B. *Lombartsse Linse*. G. *Welch sene baum*, *Welsche Linsen*. Gall. *Baguenaudier*. A. *Bastard senna*.

COLYTEA, idem quod *Colutea*.

COMA, est in plantis, quidquid hilari venustate crinium modo, summa ramorum vel colliculorum exornat. Vide *Summitates*.

COMA SOMNOLENTUM, est sopor lethargo minor, sine febre, in quo aeger excitans ad interrogata respondet: & statim in profundum somnum relabitur, ore hiante & maxilla inferiori demissa, mortuis similior quam vivis decumbit: *Causa* est obstructio cerebri cum nempe viscida illuvies anfractuuum sive gyrorum cortices, una cum minoribus medullae inclusae rivulis invaserit. Idem est quod *Cataphora*, ab inusitato, verbo *καῖ* id est cubo pro *καίω* jacio. B. *Slaap-ziekte*. G. *Schlaff-sucht*. Gall. *Grand Sommeil*. A. A disease causing heavy & long sleep.

COMA VIGIL, sive AGRYPNIA, est morbus, in quo aegri continuo ad somnum proclives sunt, attamen vix dormire possunt, cum immani capitis gravedine, sensuum & omnium motuum torpore, quibus non raro delirium accedit. Ob insomnia imagines & velut spectra, quae imaginationi indefinenter objiciuntur, excitantur. Hinc si eos excitaveris, oculos attollunt, & torvè te aspiciunt, saepe insomnia sua narrant, mox ad somnum se rursus reponunt, subinde sese jaectant, erigunt, moxque relabuntur, adeo ut *Coma Vigil* sit status medius inter lethargum & phre-

phrenitidem, ideoque *Typhomania* dicitur. Gr. Ἀγρυπνία καὶ κῆρα. B. **Wachende ſlaap-zugt.** G. Wachende Schlaflucht. Gall. *Sommeil Veillant.* A. Watching or waking coma.

COMARUS, est Arbutus, & dicitur *κατὰ τὴν κῆρην ἢ τὸ χειμῶνι ἀγίον*, quòd comam five cacumen hieme viridem obtineat.

COMBUSTIO, vide *Ignis actualis.*

COMITIALIS MORBUS, idem quod *Epilepsia.*

COMMANSUM, vide *Apoplegmatisms.*

COMPLEXI MORBI, sunt, qui ita invicem comitantur, ut unus absque altero esse non possit, ut Pleuritis & Febris. B. **Nan een verknogte ziekten.** G. Viele zusammen gefuegte krankheiten. Gall. *Maladies unies.* A. Complex disease.

COMPLEXI MUSCULI, pertinent ad occiput. Ortum habent à septimæ colli & quinque thoracis vertebrarum superiorum transversis processibus; qui variis occipiti tendinum radiis atque carneis vinculis affiguntur. B. **De samen geboegde spieren.** G. Zusammen gebogener maulz des hinterheils des haupts. Gall. *Muscles complexes.* A. The third pair of Muscles belonging to the Occiput.

COMPLEXIO, vulgò pro temperamento habetur; aliàs dicitur de morbis complexis & complicatis, item de febribus diverso tempore invadentibus: sic & pulsuum differentia, varia coitio inter complexiones recensentur. B. **Complexie / getempertheid.** G. Complexion, gestaltungsz. Gall. & A. Complexion.

COMPLICATI MORBI, sunt quando diversi morbi in uno subjecto concurrunt, exempli gr. si vulnere capitis adsint cranium fractum, meninx læsa, cerebrum vulneratum &c. B. **r Samen verknogte ziekten.** G. Verwirretè zu sammen gewickelte Krankheiten. Gall. *maladies Complicées.* A. A compound or complicate diseases.

COMPOSITA, sunt Medicamenta, quæ ex variis simplicibus Medicamentis parantur; ut sunt Aquæ quædam, Syrupi, Electuaria, Opiata, Trochisci, Unguenta, Emplastræ, &c. quæ in vulgaribus officinis prostant: sunt etiam quædam Chymica, ut varii Spiritus, Salia volatilia oleosa, Tincturæ, Balsama, Essentiæ, Pulveres &c. **Samen gestelde dingen.** G. Vermischte, Vermengte artzeney. Gall.

Re-

*Remedez Composéz.* A. Compound Medecines.

COMPOSITIO, est, cum varia Medicamenta invicem miscentur, ut in Theriaca & Mithridatio. B. *Samensteling / Compositie.* G. Zusammen vermengung, vermischung. Gall. & A. Composition.

COMPRESSIO. Vid. Catalepsis.

COMPRESSIVA MEDICINA, dicitur *Avicenna* sicca, causans in membro siccitatem & coadunationem ipsius ad se ipsam, unde obturatur transitus & meatus. Et ex fortitudine compressionis & coadunationis partium membri ad invicem coguntur, humiditates subtiles in ejus concavitatibus permanentes exprimi violenter ex motu ejus opposito.

CONARIUM, sive GLANDULA PINEALIS, in cerebri plexu choroidis pendet, à cono seu turbinis forma sic dicta. Collocatur intra thalamos nervorum opticorum & natum prominentias. Hanc animæ sedem esse, aut Principes facultates ab eadem oriri vix credimus, quoniam animalia quæ imaginatione, memoria, aliisque superioribus animæ potentis ferè in totum destitui videntur, hanc glandulam satis amplam atque angustam habent. Sensorium itaque constitui debet, ubi & nervi oriundi sunt. *Usus* est humores serosos, à sanguine arterioso depositos, excipere, & in se retinere; donec aut venæ depletiores factæ, eosdem resorbeant, aut lymphæductus (si qui adfuerint) eos extra convehant. Doctiss. *F. Bayle*, de usu tamen ejus dubitat: cum dicit, quis sit verus illius glandulæ usus, non est ita facile statui. Cum in variis cerebris hominum, boum, ovium semper deprehenderim glandulam illam manifestâ salsedine atque satis acri esse imbutam, suspicor in ea salem aliquem volatilem à sanguine separari, sal volatile armoniaco analogum, qui in caudicem medullæ spinalis diffusus, vigorem addit spiritibus animalibus & eorum coagulationem impedit, à *zâv* meta, turbo. B. *t Ppu-appeltjen / ppu-appel-klier.* G. Zübel-äpfel. Gall. *Glande pineale.* A. Pine apple gland, or pineal gland, pine-nut.

CONCAVATIO, idem quod *Arcuatio.*

CONCENTRATIO & CONCENTRANTIA MEDICAMENTA, sunt ea, quibus acidum ita moderatur, additione alcali, ut nullum eorum prædominetur: ut in Tar-

Tartaro vitriolato : unde dicitur humores concentrare ; quando acidum superfluum ab alcali subjugatur. B. *t Sa- men-punting van 't zuur en 't zout.* Vide *Absorbentia.*

CONCEPTUS & CONCEPTIO, est quando post fecundum concubitum, ovum ex ovariiis foeminiis abreptum, per tubas fallopianas delatum, à semine maris fecundatum, & in uterum maternum illapsum fuerit. B. *Ontfanginge.* G. *Empfængnus.* Gall. & A. A *Conception.*

CONCHA, est auriculæ externæ cavitas maxima in ipsius medio sita, cartilaginea est, coarctata & portione Helicis, Anthelicis, Trago, & Antitrigo terminata, figuræ ferè Elliptico-hemisphaericæ, dividitur iterum quasi in binas cavitates, nimirum superiorem minorem, *Cymbam* dictam, & inferiorem majorem *Innominatam* vocatam : distincta est ope eminentiæ cujusdam, quæ ad Helicis exortum incipiens, ad oppositum conchæ latus perveniens, terminatur & evanescit in sua cavitate majori & inferiori, foramen auris format, sive ostium meatûs auditorii. B. *De schulp des Oors.* G. *Die Kruemme oder dasz hol im Ohr, Musckel der Ohren.* Gall. *la Conque ; le creux ou la Coquille de l'Oreille.* A. A *schell of the eare.*

CONCRETIO, est liquidæ alicujus substantiæ, aut succi in massam solidiorem condensatio, ut absinthii succus condensatus, succus glycyrrhizæ, Acaciæ, Hypocistidis &c. B. *Verdikking.* G. *Dickmachung, dasz zuetsammen rinnen.* Gall. *Concretion, Condensation.* A. *Idem.*

CONDENSANTIA, sunt quæ moles solidiores cujusque particulæ fluidum constituentis, magis in contactus immediatos comprimunt, adeoque solidiores faciunt. B. *Verdikkende middelen.*

CONDITUM & CONDITURA, à *Condire*, est compositio, è Conservis, Pulveribus, Speciebus Aromaticis cum syrupo convenienti in Electuarii formam redactis. Sumitur etiam pro Medicamento simplici, saccharo vel melle condito : ut Zingiber, Helenium &c. *conditum.* B. *Conserf / suiker bewaarsel.* G. *Eingemachte sachen.* Gall. *Conserve.* A. *An electuary.*

CONDRILLA, idem quod *Chondrilla.*

CONDUCTOR, est instrumentum argenteum, vel orichalceum, cavum, quod vesicæ immititur, & viam alii instrumento itinerario monstrat ad extrahendum calculum.

lum. B. *Weg-wpzer*. G. Weg-weiser. Gall. *Conducteur*.  
A. The conductor, or guide.

CONDYLOMA & CONDYLLUS, est articularum junctura, ut in maxilla, sive nodus, aut ossium internodia. Item processus maxillæ inferioris retusus, qui mediante membranoso ligamento interuentu cartilaginis mediæ, mobilis, ossi petroso coarticulatur. Item tumor quidam callosus in digitis manuum aut pedum, præsertim verò circa anum & pudenda muliebria; tuberculum nimirum durum, & occallescens ex humoribus, ibidem restagnantibus sensim excrescens, & tædio potius plerumque, quàm dolore molestum. Interdum quoque inflammationem conjunctam habet, à *κόνδυλλος* digiti articulus. B. *Knosp-zwellen*. G. Felgwartzen. Gall. *Condylome*. A. A swelling especially in the fundament, proceeding of inflammation.

CONDYLI, sunt articuli seu nodi & digitorum tubercula, quæ circa articulationem crassiora sunt. Vide *Metacondyli*. B. *De Knokelen*. G. Die Knoden, die Knubel. Gall. *Jointures*. A. Knots, Knuckle or joints of the fingers.

CONFECTA, vocantur res (ut semina, amygdala, nuces pini, cinamomum, &c.) saccharo sicco obductæ, & incrustatæ. B. *Besuiherde Zaden*. G. Confeit, mit Zucker eingemacht. Gall. *Remedes Confits*. A. Confits.

CONFECTIO, est compositio ex pulveribus, gummis, saccharo, melle, syrupis &c. in unam massam conjuncta: estque duplex; arida, ut Trochisci, tabellæ: vel humida, ut Opiata, Condita, Conservæ, & omnis generis Antidota. B. *Een toemaaksel / doosuikering*. G. Mit Zucker vermischte Artzneyen, ein conserv. Gall. *Confectio*. A. Composition.

CONFORMATIO, est illa conditio partium firmarum corporis animalis, quâ in statu sano & naturali gaudent his requisitis, *np. numero, magnitudine, figurâ, cœvitate, superficie, & situ*. vel quâ in statu morbofo & præternaturali his sex vel abundant vel privantur. B. *Een geshapentheid*. G. Gestalt. Gall. & A. *Conformation*.

CONFORTATIVUM & CONFORTANTIA, idem quod *Cardiacum*.

CONGELATIO, est quando liquores in massam, glaciæ similem, rediguntur, ut sunt omnes salium *Crystalli*. B. *Kristal-makinge*. G. Krytall-machung. Gall. *Congelatio*.

*lacion*. A. A freezing or congealing together. Ita vocatur etiam *Catalepsis*, quia homines quasi congelati sunt.

CONGELATIO, vide *Catalepsis*.

CONGELATICUS, est *Ecstaticus*, qui aliquando ex se quasi rapitur, & diabolos aut angelos se vidisse affirmat. Vide *Ecstasis*.

CONGIUS & CONGIARIUS, est mensura Veterum continens decem vini libras, & novem olei.

CONGLOBATA GLANDULA, est glandula rotunda, per se subsistens, simplex, ut sunt glandulae mesenterii & caeterae omnes, quae lympham accipiunt, & iterum eructant in alveos magnos, vel in sanguinem, vel extra corpus, à Cl. A. Nuk *Muscosa* appellata. B. *Ronde Klier / mosachtige Klier*. G. Runde Trusen. Gall. *Glande conglobée*. A. A. Conglobate gland.

CONGLOMERATA GLANDULA, est, quae ex variis conglobatis glandulis est coagmentata, seu conglomerata, & per vasa communia adunata, unaque omnibus communi membrana connexa; huic unum, plerumque commune emissarium est, quod excipit humorem ex cunctis emissariis partium immissum, eum colligit, & in cavum aliquod majus effundit. Tales innominata oculi, Parotis, pancreas, glandulae salivales &c. quae ductum habent proprium excretorium, ut sunt ductus pancreaticus, salivales &c. in quem omnes glandulae per canaliculos minimos suum humorem affundunt, à Cl. Nuk *Vasculosa* vocatur. B. *Op-eegetasse Klier / vatagtige Klier*. G. Faszachtige Trusen. Gall. *Glande conglomerée*. A. A conglomerate gland.

CONISTERIUM, est fornacis cinerarium, sive locus infimus in quo cineres colliguntur. Ex *zobis* cinis, pulvis, & *ziquis* pono. B. *Det Asch-gat*. G. Das Aschen loch. Gall. *Cendrier*. A. Ash-hole.

CONIZA, vel CONYZA, est planta, quae habet caules tres vel quatuor pedes altos, coloris obscuri, villosos, lanuginem albescentem habentes, ramosos: folia verbascum nigrum referunt, sed minora, odorata, acria, & parum amara: flos ex meris flosculis compositus, multifidis, embryoni insidentibus, & calice squammoso plerumque cylindraceo comprehensis: Embryo autem deinde abit in semina papposa: radix divisa, lignosa, odora, amara & acris: cres-

crefcit hæc planta in montibus & fylvis. Sic dici volunt, quod necet Culices, *Κάτωψ* enim est culex : fed rectius à *νομίζεσσι* quod pulvere foedetur, quia ob exfudantem pinguedinem foliis facile adhæret. B. *Donder-kruid*. G. Donner-wurtz, Durr-wurtz. Gall. *Conife*. A. Fleabane.

CONJUNCTIVA TUNICA, vide *Admata*.

CONOIDES, vide *Conarium*.

CONQUASSATIO, est quando vegetabilia succulenta, vel fructus recentes, qui ad succum exprimendum expetuntur, pistillo crassiusculè contunduntur.

CONSENSUS, fit in morbo, ab alio morbo dependens, ut in pleuritide læditur ob consensum respiratio. Item, est *Correspondentia* variarum partium per connexiones communes, nervorum sc. & tendinum. B. *Medelydentheid*. G. Mittleiden, Sympathie. Gall. *Sympathie*, *Convenance*, *Accord*. A. Consent or sympathy.

CONSERVA, est compositio, quæ quodvis vegetabile recens minutissimè concisum, aut contusum saccharoque permixtum, futuroque usui medico asservatur. B. *Konserbe*. G. Ein Conferw. Gall. *Conserve*. A. A Conserve.

CONSILIGO, ejus plantæ nomen à rusticis creditur inditum, quod in arvis inter filiginem frequentissimè inveniatur.

CONSOLIDA, est Symphytum, quæ planta officinalis, & valdè mucilaginosâ, hinc conglutinans egregiè partes : à consolidandis vulneribus nomen habet. B. *Waalwortel* / *Smeer-wortel*. G. Wall-wurtz, Beinwell. Gall. *Consoude* ou *Confere*. A. Confrey, comfrey.

CONSISTENTIA, dicitur, cum res aliquatenus ad certam crassitiem coquitur ; ut in syrupis coquendis aliisque evaporandis fieri solet. B. *Consistentie* / *Dikte* / *hoogte* ; ad consistentiam coqui, *tot een sekere dikte* / *of hoogte koken*. G. Dickmachen, dicke. Gall. *Consistence*, *ce qui a du corps*. A. Consistence.

CONSOLIDANTIA, sunt, quæ moderatè in vulneribus acre quodcumque affluxum liquidum temperant ; fordesque detergendo, efficiunt, ut alimentum in partem solutam commodè impellatur, & sic solida concreseant. B. *Derenigende middelen* / *of die de begroeying bevoorderen*.

CONSTIPANTIA, Medicamenta sunt, quæ vasorum

emissaria ita obstruere possunt, ut fluxus vitalis per illa intercipiatur; aguntque vel externè vasi inhaerendo, adeoque id comprimendo, vel quatenus vasa intrant, sese eorum lateribus applicant, atque sic infarciunt. Hinc duplicia sunt sc. illinentia & emplastica. B. **Coestoyprnde** **Widdelen**.

CONSTITUTIO, idem quod *Catastasis*.

CONSTRICTORES MUSCULI, sunt qui partem constringunt & coarctant. Vide *Sphincter*.

CONSUMMATUM, est quando alicujus gallinae minimum conscissae succus, in vase benè obturato, sine additione, per B. M. extrahitur: demptis solummodo capite, pedibus & pinguedine. Vocantur autem hodie sic juscula quarumvis carnum diu in Aqua cocta, & in gelatinae formam redacta, in scopum ut debiles citius & magis nutriant, quam si darentur juscula tenuia; sed perversè sic ratiocinantur. B. **Consummaat** / **restaaraat**. G. **Consummat**. Gall. *Consommé*. A. *Consummate*.

CONTAGIUM, est venenum quod ab uno subjecto propagatur in aliud: hoc dupliciter contingit, ad distantiam per aërem, vel simplici contactu. B. **Wesmettriphheid**. G. **Ansteckende Kranckheit, eine Seuche**. Gall. **Maladie Contagieuse**. A. *Contagion*.

CONTEMPLABILES DIES, vide *Critici dies*.

CONTINENS CAUSA, est causa morbi interna, cum materia aliunde orta, quæ ita morbo proximè adhæret, ut eâ positâ morbus ponatur, sublata tollatur.

CONTINENS FEBRIS, est, quæ sine intermissionis, aut remissionis tempore, assiduè affligit. Estque duplex; primaria, aut secundaria, *primaria* oritur à sanguinis circulatione nimis evecta & exaltata, ut in Caufo, Pleuritide, Angina &c. *Secundaria* verò seu *Symptomatica*, producit ex vulneribus, ulceribus, &c. ut in phthisi, vulneribus capitis, &c. B. **En geduurige koozts zonder verminderinge**. G. **Ein stet, unauff hoerendes Fieber**. Gall. **Fievre sans intermission**. A. *A continued Fever*.

CONTINUA FEBRIS, est, quæ continuò quidem affligit, sed cum remissionis & exacerbationis tempore: estque *Quotidiana*, *Tertiana*, *Quartana*, & *Erratica*. B. **Gedurige koozts met vermindering**. G. **Das tagliche Fieber**. Gall. **Fievre continuelle**. A. *Continual Fever*.

CONTORSIO, est quando membrum aliquod separatur



tur à junctura sua, separatione non completâ, ita ut partes extra naturalem locum recesserint. Ita in specie *Contorsio* est luxatio vertebrarum dorsi in latus aliquod, & ita species gibbositatis est.

**CONTRACTURA**, sic vocatur alicujus partis, pedis, manus, cubiti, dorsi &c. contractio sensim facta, unde flexio impeditur, aut non nisi cum dolore, & vi quâdam peragitur. Habet sæpe contorsionem in malam figuram, ut in Gibbosis, & Pumlionibus; atque ad illam figuram non nisi lentè pervenitur, sæpe Atrophia antecedit, inflammatio etiam, & abscessus vel vulnus, vel ulcus, imò Paralysis nonnunquam conjungitur, & dum in uno loco Contractura fit, cum eminenti tumore ac figura membri perversâ, in alio fit depressio: demùm hæc Convulsio est, quæ ossa non modo è sedibus suis dislocat, sed aliquando mirum in modum reflectit, incurvatque, unde in vicinis carnibus plerùmque macies fit, seu Atrophia, uti hoc laborantes muscoli, cum ad resistendum validi non sunt, efficiunt, quòd Antagonistæ fortiores contrahantur, & contractæ remaneant. Gr. ἀγκύλη ab ἀγκυλῶ-θαι incurvare. B. *Trekking*. G. Das Spannen, zusammen ziehen. Gall. & A. *Contraction*.

**CONTRA FISSURA**, est quando quis ceciderit in pavementum lævâ Cranii parte, inque oppositâ parte fissura reperiatur, triplex esse perhibetur: 1. in eodem ossè, quando pars superior est læsa, & inferior fracta. 2. in diverso ossè, cum post casum in occipit, coronale os frangitur. 3. in diversa tabula, quando superior est læsa, & secunda frangitur. Sed num detur contrafissura, apud Principes Medicos lis est, & me judice, meritò negatur. B. *Tegen-scheur*. G. Ein gegen-bruch. Gall. *Contrefissure*, *Contre-fente*, *Contre-coup*. A. Idem.

**CONTRAHENTIA**, Medicamenta sunt, quæ puncta distantia ab invicem solidæ fibræ motricis in propiorem adigunt contactum & cohæsiorem, sic ut inde fibra solidior, durior, firmiorque evadat; atque proinde tota solidorum compago, ex fibris meris composita, cui hæc medicamenta applicantur. B. *Te samen-trekkende middelen*.

**CONTRAINDICATIO**, vide *Antendeixis*.

**CONTRAYERVA**, est radix, undique verrucosa, & aspera, oblonga, tenuis, foris colore rubro, intus albedo,

odoris aromatici; saporis nonnihil adstringentis, penetrantis, fatis acris, aromatici, amari, imprimis si radix vegeta, tum habet acrimoniam aromaticam fatis magnam Iridis vel Cyperi radicibus non absimilis; hæc annis abhinc aliquot ex provincia Peruviana Charcas apportari cœpit. Ex Latino contra & Hispanico vocabulo yerva, quasi diceret contra venenum: Drakena appellata fuit à Clusio in honorem F. Drake qui primus dicitur hanc radicem invenisse, & in Europam adportasse; nondum constat, ejus plantæ radice sit; datur adversus venena, & sudorem movet. Dicitur & *Radix yerva*, *Bezoartica*, *Cyperus odoris peruvianus*, *Dracena* &c. B. *Gist-wortel* G. Gist-wurtzel. Gall. *Racine de contrayerva*. A. Yerva, Counter poysen.

CONTUSIO OSSIS, est, cum instrumento quodam duro & obtuso os ita læditur, ut externè integrum videatur, cum tamen versùs interiora à toto separatum sit. Gr. *Ἰλάσις* & *Ἰλάτμα*. B. *Gen Contusie* / *kneusing*. G. Zerstoßung, Zerknirschung. Gall. *Contusion*, *Meurtrissure*. A. Bruising, contusion.

CONVOLVULUS, idem quod *Volvulus*.

CONVOLVULUS & CONVULVULUM, seu *SMILAX*, Sic etiam propriè vocantur duæ plantarum species, quarum una convolvulus major, altera minor: prior est planta, quæ habet caules longos, tenues, sarmentosos, scandentes, & omnia apprehendentes: folia hederam terrestrem referunt, sed molliora & majora, viridia, acuta: flores monopetali, campaniformes, ad ora expansi, coloris albi; ex floribus calice surgit pitillum, infimæ floris parti ad instar clavi infixum, quod deinde abit in fructum subrotundum, membranaceum, ipso calice plerumque involutum, modo unicuscularem, modo tricapsularem, & feminibus sætum angulosis, nigricantibus, vel aliquando rubicundis: Radix exigua, longa, intus alba: hæc planta est amara & acris: illud nomen imponitur omnibus plantis, quæ sese adstantibus arboribus, stipitibus &c. circumvolvunt, iisque adhærent. Vide *Helixine cissampelos*. Gall. *Grand Liseron ou lizet*.

CONUS, Græcis, vel *Pyramis*, est inversus turbo in plantis, hoc est, id quod ex latitudine in arcibus protrahitur ac fastigiatur, cui calathus contrarius, ut diximus, existit.

CONUS FUSORIUS, seu *PYRAMIS*, est crucibuli spe-

species, ex lato in angustum abiens, ex ferro aliove metallo conflata, cujus ope reguli plerumque separantur à scoriis: dum enim liquatum minerale huic infunditur, concutitur malleolo conus ut tremiscat, tum partes graviores cadunt ad fundum, & leviores, ut sunt scoriæ, supernatant. *B. Graf-naald/ Girt-kroes. G. Giespuckel. Gall. Crenset en forme de Pyramide. A. A crucible.*

**CONVULSIO**, est contractio musculi, vel fibrarum versùs principium, violenta, nunc desinens, nunc renata, aliquandiu perseverans, undè eam accipere oportet, tam in Musculis majoribus quàm minoribus, sive fibris. Dicitur quoque *Spasmus*; sed hic tamen aliquomodo differt, cum sit perpetua tensio absque remissione: neque opus est cum scholis addere *Involuntariam* esse convulsionem, quia decet convulsionem ad fibras contractas referre, in quibus nunquam *motus voluntarius* existit, adeoque etiam nullus præter aut contra voluntatem. Estque *Universalis*, quæ ad plures & præcipuos musculos, qui corporis machinam sustinent & movent, unâ vice extenditur; vel *Particularis*, quæ in uno tantum vel pluribus unius membri musculis contingit, & sæpe comitem habet paralyfin. *Gr. Σπασμὸς. B. Stuij-trekking/ Kramp-trekking. G. Der Krampff, der einen Zeucht. Gall. Spasme, Convulsion. A. A cramp, or convulsion.*

**CONVULSIVUS MOTUS**, vide *Motus Convulsivus*.

**CONYZA**, vide *Coniza*.

**COPAL GUMMI**, est refina duriuscula, admodum candida, vel ex albo flavescens, pellucida, benè odorata in massam redacta, adfertur ex India occidentali, sive Nova Hispania, ubi ex vulnerata arbore guttatim stillat. Aliquantulum odoris spirat. Sunt duæ species, altera *Xoloch copalli* dicitur, altera *Copal Cahuitl*.

**COPAYVÆ BALSAMUM**, seu **COPAL YVÆ OLEUM**, colligitur ex arbore balsamifera Brasiliensi fructu monospermo, cujus caudex terebra perforatur, ex quo foramine instar terebinthinæ destillat, & quidem tanta copia, ut ferunt, ut spatio trium horarum duodecim libræ colligi possint, vulnus obducitur postmodum cera aut argilla, & quando post quindecim dierum spatium rursus adaperitur, majori adhuc in copia defluit. Arbor nascitur in Brasilia. Lignum habet rubrum; folia obrotunda, qua-

tuor aut quinque digitos longa, duos vel tres cum semisse lata; florem fert mediocrem, quinque foliis obrotundis constantem. Fructus illi est filiqua obrotunda, vel ut Piffo, instar baccæ lauri, qui ab incolis comeditur.

**COPELLA**, vide *Cupella*.

**COPHOSIS**, est aurium surditas vel incipiens, vel perfecta, à quavis causa orta, qua impeditur vel tollitur sonorum delatio ad sensorium commune, fitque plerumque ab obstructione meatûs auris, relaxatione, ruptura, inflammatione & incrassatione membranæ tympani; concrezione tubæ Eustachianæ, muscutorum ossiculis adhaerentium paralyti, nervi acustici compressione &c. à *κοφία* surdus sum. B. **Doofheid**. G. Taubheid. Gall. *Surdité*. A. Deafness.

**COPOS**, est corporis lassitudo, quando muscutorum vascula minima humoris viscidis aggravantur, & obstruuntur, & spiritus animales in Cerebro desunt, adeoque nec in musculos determinentur, ita ut motibus obeundis inepti, & pigri evadant, à *κόπος* lassio. B. **Dermoidheid**. G. Muedigkeit. Gall. *Lassitude*. A. Weariness.

**COPROCRITICA**, sunt Medicamenta, quæ feces alvinas subducunt & evacuant, ex *κopro* sterco, & *κρίω* cerno.

**COPROPHORIA**, idem quod *Purgatio*, ex *κopro* sterco & *φορία* fero, gesto.

**COPROSTASIA**, est alvi constrictio, ex *κopro* sterco, & *στάσις* statio. B. **Hardpbigheid**. G. Hartleibigkeit. Gall. *Constipation* vel *Durété de ventre*. A. Bounding in belly or costive.

**COQ. AD MED. CONSUMPT.** hoc est, Coque ad Medietatis consumptionem.

**COQ. in S. Q. A. Q.** hoc est, coque in sufficiente quantitate aquæ.

**COQ. S. A.** est, coque secundum artem. Sunt hi termini vel abbreviationes, quibus Medici in formulis suis brevitas ergo utuntur.

**COR**, est substantia carnosa & fibrosa, ex variis muscutorum ordinibus & tendinibus conflata, demonstrante *Lowero*: habet duas auriculas totidemque ventriculos; dextræ auriculæ vena cava, sinistræ vena pulmonaris adheret; dextro ventriculo arteria pulmonaris, sinistro vero

ro arteria magna connectitur. Investitur sacco membraneo *pericardium* dicto, quo mediastino & diaphragmati conjungitur; superius basin, inferius cuspidem habet, collocatur in medio thoracis intra pulmonis lobos, situ transverso, ita ut serè horizonti parallelum jaceat, sanguini recipiendo, eumque validâ contractione musculorum circumvehenda tantummodo inservit: in corde glandulas dari invenit du Vernoi, tradiditque in Comm. Petropolit. vol. 2. Gr. *καρδια*, & *ηρ.* B. *Het Herte*. G. Das Hertz. Gall. *Cœur*. A. The heart.

COR, in vegetabilibus, est quod in medio ligni residet, & tertium à cortice continetur, velut in ossibus Medulla, à nonnullis *Matrix*, & ab aliis *Medulla* nominatur. B. *Merg / t Pit*. G. Das Marck. Gall. *le Cœur*. A. The Pith.

CORACOBOTANE, est nomen quod imponitur Brusco, & Lauro alexandrinæ, & significat *Herbam corvi*, derivatur enim ex *κόραξ* corvus, & *βοτανή* herba.

CORACOBRACHIÆUS, idem quod *Coracoideus*.

CORACOHYOIDES, sunt musculi à scapulæ processu coracoide orti, qui ad os hyoides procedunt ipsique inferuntur: *Usus* est oblique deorsum movere os hyoides, ex *κόραξ* corvus, & *ὑοειδής* hyoides os. B. *Wax tong-beens* *Raben-ber uitsteekzels-spiere*. G. Des Zungbeins Rabenschnabel gleiche mausz. Gall. *Muscles Coraco-Hyoidiens*. A. Brawnes of the bil of the raven.

CORACOIDES PROCESSUS, est *Rostriformis* scapulæ processus, vide *Ancyroides*, à *κόραξ* corvus, & *ἰδιόμορφα*. B. *Raben-ber uitsteekzel*. G. Das Rabenschnabel gleiche aufz wachs. Gall. *Apophyse Coracoide*. A. Ravenbees-proces.

CORACOIDEUS, sive CORACOBRACHIÆUS, est unus ex musculis brachium moventibus. Oritur à coracoide processu scapulæ, unde ei nomen: & inseritur in internum humerum circa medium, juxta tendinem Deltoidis. Principium habet nerveum & breve, oblongum ventrem, satis corpulentum & robustum tendinem. Venter ejus perforatus est, unde etiam *Perforatus* dictus & transitum nervis largitur, qui ad cubiti musculos distribuuntur. Hunc musculum alii saltem musculosam portionem Bicipitis vocarunt, utilem ad brachium scapulæ processui adducendum, sive antrorsum supra pectus attrahendum, ex

ⲛⲓⲛⲁⲗⲓ corvus, & ⲛⲓⲃⲟ forma. B. *Hadenbeks-spier*. G. Rabenschnabels maufz. Gall. *Muscle Coraco brachial*. A. A muscle arising from a process of the Scapula called Coracoides.

**CORALLINA**, est muscus petrosus marinus, inhaerens scopulis, & piscium testis corallisque, eo sanè modo, quo muscus arboribus innascitur, optimaque est, quæ à corallis detrahitur: Color griseus est; sapor subsalsus. B. *Koral-mosch*. G. Meer-mosf, Corallen-mosf. Gall. *Coralline*, ou *mousse marine*, ou *Brion*. A. Coralline. Lumbricos enecare dicitur.

**CORALLOIDES**, est planta maritima, ramosa, nulla folia habens, similis Corallii ob figuram & duritiem à Corallo. vide *Dentaria*.

**CORALLUM & CORALLIUM**, Num ad vegetabilia, num ad mineralia pertinet adhuc lis est inter multos, videtur tamen ad vegetabile regnum deduci debere, hincque dici potest planta in fundo maris nata, foliis carens, cujus neque flos neque semen cognitum, rupibus & aliis corporibus affigens aliqualem radicem, cortice vititum, & in ramos divisam: extremitates horum ramorum molles sunt, parvorum globulorum seu Ribium ad instar rotundæ, in sex cellulas divisæ, repletæque humore albicante, crasso, acri adstringente; hi globuli capsulæ feminales esse creduntur, & succum, quem fundunt, producere plantas corallorum in omni corpore, cui illabitur: variæ Corallorum in utraque India, imò & in Europa & Asia dantur species, colore quoque differenti. Est & rubrum, album, nigrum, cæruleum. Tunc differunt figura: aliæ instar arboris racematim se elevant; Aliæ glabris ramis, aliæ hispidis; nonnunquam fistulosæ species inveniuntur, vel figuram tuberofam, vel lactucæ folia, aut lichenis terrestres, aut cornu cervinum &c. referunt. Coralla sub aquis mollia esse, sed in aëre indurari unanimiter dicunt. Exinde eliciuntur tincturæ, magisteria &c. sed in pulvere ad scrupulum intus sumpta, acidum in corpore nostro potenter domant. Gr. *Κοράλλιον*. B. *Koraal*. G. Korall, Corallen. Gall. *Du Corail*. A. Corall.

**CORCHORUS & CORCORUS**, Est planta sesquipedem circiter alta: folia sunt alterna in caulium nodis apposta, in margine incisa, parte ima barbulam utrinque unam

unam seu apophysin lingulae instar tenuem possident : flores rosacei quinquepetali ut plurimum, lutei : ex hujus calice surgit pistillum quod deinde abit in fructum, qui est longa siliqua cornuta, quae quinque loculamentis constat, per quinque septa media dissecta, in quibus oculis quinque valvae se expandunt, & dimittunt semina numerosissima, exigua, coloris cinerei, saporis viscosi : haec planta crescit in hortis ; an Anagallis, an Ocimum sylvestre, vel alia planta ? Disputatur : ejus tamen Etymologiam deducunt à *ἄνω τῆς κόρης καὶ κόρα*, quod oculi pupillam ornet, sive purget : est Melochia Alpin. Ægypt. quidam nomen à corde derivant, quia ejus fructus cor referre creditur.

**CORDIALIA, CORROBORANTIA** seu **CARDIACA**, Vide *Cardiacum*.

**CORDIS PALPITATIO**, vide *Palpitatio cordis*.

**CORIANDRUM, & COLIANDRUM**, Est planta, quae caulem habet sesquipedem vel duos circiter altum, rotundum, tenuem, medulla repletum, ramosum : folia inferiora Petroselinii familia, superiora magis incisa, & Camomillae satis proxima : flores parvi rosacei, & umbellati, plurimis scilicet petalis inaequalibus & cordiformibus constantes, quandoque aequalibus, in orbem positus, & calici insidentibus, is autem abit in fructum ex duobus feminibus compositum, nunc semisphaericis, nunc sphaericis, striatis, ex cinereo fuscis, includentibus sub cortice tenui medullam subfuscam, duriusculam, in medio quasi dissepimentis distinctis, saporis subdulcis, subacris, saporis aromatici : volunt nomen derivari à *κόρη*, cimex ; quia recentis folia & semina cimices olent. Sed alii derivant à *κόρη* seu parva puella, *κόρη* est puella, quia fructum gerit, ceu pupillas *κόρη* oculorum. Gr. *κόριον* & *κόριανον*. B. *Koriander* / *Koliander*. G. Koriander, Schwindell. Gall. *Coriandre*. A. Coriander.

**CORIS**, est Hypericum, an à *κόρη* scindo : quod vulnera sanet ? Vel quod tota pulchella, & perquam hilari facie sit, *κόρη* enim & *κόρη*, *Virgo*, *Puella* dicitur.

**CORNEA OCULI TUNICA**, seu **CERTAODES**, quae etiam *Scelerotes* & *Dura* vocatur, à dura meninge originem habet ; antè pellucida est, & in eminentiorem figuram protuberat in uno homine plùs, in altero minùs ; à lateribus tunica albuginea obducitur ; interiùs humorem aquicum

aqueum continet; corneae hujus structura mirifica est; si constringatur oculus à parte postica, ubi muscoli inferuntur, & solvitur tunc levissimâ manu acutissimâ lanceolâ, vulnere perpendiculari levissimo, mox dilatatur vulnuscolum, contrahentibus sese fibris, secedit lamella; si novum iterum fit vulnuscolum, idem fit; quod quidem usque ad 30 vices fieri potest, & singulâ dissectione erumpit liquidum tenuissimum, quo absterfo mox erumpit novum, nihil habens saporem, nisi leviter subsalsum; unde apparet, quod cornea constet ex membranaceis stratis per transversales fibras annexis; hinc quoque non ita absurdè videtur illorum sententia, qui corneam, tamquam membranam à sclerotide diversam distinguunt; tota pellucens in vivis, in morientibus sensim obscuratur; in extinctis penitus opaca, unde illa obscuritas inter certa instantis mortis signa adnumerat Hippocrates. B. *Met hooznachtig vlies.* G. Das hornharte hautlein. Gall. *La Cornée.* A. horn-fleece or coat.

CORNICULARIS PROCESSUS, vide *Ancyroides*.

CORNUA, dicuntur additiones acuminatae unguulares, nascentes super juncturas in extremitatibus propter operationis vehementiam.

CORNUA UTERI, seu CEREA, sunt duae uteri partes laterales in quibusdam brutis, ut vaccis, cervis, ovibus, capris, canibus, &c. in quibus foetus in imprægnatis his matribus habitant. Cornua tamen ex horum imitatione tribuerunt, etiam humano utero Authores; quia ad fundi latera, aliqua utrinque est protuberantia, ubi vasa deferentia inferuntur; sed pessimè, & rarissimè muliebris uterus bipartitur, ut in brutis. B. *De Moeder-hoorns.* G. Die Kruemme der Barmutter. Gall. *Les Cornes de la Matrice.* A. The corners of Horn of the womb.

CORNU CERVI, vide *Coronopus*.

CORNUS, est arbor, quæ habet lignum durum, compactum, album, satis magnum & extensum, corticem durum, rubicundum, vel cinereum habens, saporis adstringentis, folia sunt longa, ampla, venosa, mollia: flores in extremitate ramorum crescentes, pedunculis brevibus adhaerentes, quadrifidi, in crucem dispositi; calix abit in fructum carnosum, ovalem, olivam ferè referentem, sed minorem, in initio viridem & acerbum, postea per maturitatem rubrum & aliquando flavescens, saporis sub-



dulcis cum aliqua grata acredine, & adstrictione, in hoc fructu invenitur osliculum oblongum, albescens, in duo loculamenta, quæ singula unicum semen oblongum includunt, divisum: hæc arbor crescit in hortis; dantur duæ species corni, sc. mas & fæmina: dicta est quod duritie & rigiditate cornibus similes ramos habeat. B. *Корночье-boom*. G. Welsche Kirschen, Kornel-baum, Kurker-baum. Gall. *Cornouillier, ou Cornier*. A. Cornell-tree or dog-tree.

CORNUTA, idem quod *Retorta*.

CORONA, est superior dentium molarium superficies.

CORONA REGIA, vide *Melilotus*.

CORONA TERRÆ, vide *Hedera Terrestris*.

CORONALIS SUTURA, Gr. *Στεφανίτης & Στεφανίται*.

Est Fissura, quæ pectinatim, dentatæ ferræ instar, coit; estque in superiore parte cranii ab uno tempore ad aliud, & circumscribitur ossibus frontis & bregmatis, in cujus medio sagittalis sutura terminatur. B. *De Kroon-naad*. G. Eine Fuge der Hirnschalen. Gall. *La Suture coronale*. A. The coronal future. Croww Suture.

CORONARIA VASA, sunt venæ & arteriæ cor, nutritionis & motûs gratiâ, cingentes: item vasa sanguinea sinistrum os stomachi cingentia: arteriæ coronariæ cordis duæ, oriuntur ex aorta mox supra valvulas semilunares cordis sinistri, & opposito itinere unum componunt canalem basi cordis innexum toto ambitu, unde demissæ arteriæ, variis inter se anastomosibus junctæ, in innumerabilia exilissima vascula distribuuntur, quæ ultimo roris effusi more humorem fundunt, & quæ omnia sensibilia cordis puncta pervadunt, omnemque ferè cordis substantiam cum venis, similiter positis, componunt, accretâ inter vasa pinguedine externâ. B. *De Kroon vaten*. G. Die Herts gefâsse. Gall. *Vaisseaux coronaires*. A. The crown Vessels.

CORONE, est processus osseus, acutus, & anterior inferioris maxillæ, à similitudine rostri cornicis, *Rostri-formis* dictus. Gr. *Κορώνη* cornix. B. *Der Kraepe-bek's uitssteeksel*. G. Kraey-schnabels gleiche aufz wachs. Gall. *Apophyse Coronôide*. A. process of the crown's bil.

CORONOPUS hortensis, est planta, quæ habet folia ex radice erumpentia multa, longa, angusta, nervosa, profundè incisa, longis, ad margines laciniis appositis laciniata, parvum cornu cervi referentia, saporis aliquantulum ad-

adstringentis, sed grati : nascuntur ex foliis caules tenues, rotundi, rigidi, villosi, pedem unum vel sesquipedem alti : flores & femina plantagines : Radix plerumque exigua, sed aliquando digitum crassa, alba, saporis aliquantulum adstringentis : hæc planta colitur in hortis. *Pes cornicis* dicitur à pedis cornicis similitudine, quam ejus expriment folia. Alii quòd ejus stylus, è mediis foliis exurgens, in cornicis pedem conformatus articuletur, reliquam exhibens crucis effigiem : vocatur & *Sanguinaria* & *Sanguinalis*, quòd sanguini sistendo apta sit herba. Sunt qui *Herbam stellæ* nominant, alludentes haud dubiè ad Græcam appellationem *Astrion*. Nonnulli quòd folium ejus multipartitò confectum in cervini cornu imaginem effigietur, *cervinum cornu* vocarunt. Ex κορνύς cornix, & πῆξ pes. B. *Herts-hoozn / Grabinne-kruid / Kraayenboet / Floop-kruid*. G. *Krayen-fusz*. Gall. *Corne de cerf, pied de corneille*. A. *Buck-horne plantain*.

CORPORA NERVEO-SPONGIOSA, idem quòd *Corpora nervosa penis*.

CORPORA NERVOSA PENIS, F. Ruifchio *Corpora nerveo-spongiosa*, sunt duo corpora longa, orta à parte inferiore ossium Pubis seorsim, & cincta membranâ propriâ, junguntur sibi mutuo ope septi medii, quòd sensim evanescit versùs anteriora, & ex cellulis plurimis membranosis contexta, quæ maximum penis corpus constituunt. Si illa corpora expandantur, per sanguinem in cavernulis majori copiâ influxum, erectio istius instrumenti fit. Ex similibus duobus corporibus etiam constat mulierum Clitoris. B. *De zenuwagtige Lighamen*. G. *Die Sennadrige theile des Mænnliches glieds*. Gall. *Les corps caverneux*. A. *The nervous body's of the yard*.

CORPUS CALLOSUM, est medullofa seu potius fibrosa cerebri pars, ex cujus complicatione ventriculi cerebri anteriores constituuntur. Estque tota medullofa, nulla membrana obtensa, medullæ oblongatæ apicibus utrobique affigitur : ab istis apicibus tanquam ortu suo, medullaris hæc substantia cerebrum obducens & concamerans versùs posteriora expanditur, ac sensim minuitur, demùm hujus expansi limbus exterior arctius contrahitur, ac inferiùs, medullæ oblongatæ caudici membranarum & vasorum nexu conjungitur. Porro firmioris connexionis  
gra-

gratia, ab interiore ipsius parte, juxta ipsius apices, processus medullaris exoritur, qui cerebri fissuram subtendens, ad limbos ejus pertingit; quibus velut brachiis utriusque reflexis unitur: quæ quidem brachia medullæ oblongatæ caudicem amplectuntur, adeoque illum cerebri limbum sibi firmiter annectunt. **B. Het weeragtig lichaam.** **G. Die Schwielharte theill des gehirns.** *Gall. Le corps calenx.* **A. The pith of the brain.**

**CORPUS GLANDULOSUM**, seu **GLANDOSUM**, idem quod *Prostata*.

**CORPUS PAMPINIFORME**, vide *Varicosum corpus*.

**CORPUS VARICOSUM**, vide *Varicosum corpus*.

**CORPUS PYRAMIDALE**, idem quod *Varicosum corpus*.

**CORRECTIO**, est quando medicamini sal quoddam aut aliud quid additur, ad effecta acceleranda: vel quando vis violenta reprimitur. **B. Verbetering.** **G. Verbesserung.** *Gall. Correction.* **A. Correction.**

**CORRECTORIUM**, est, quo Medicamenta meliorantur, ne cuiquam noceant, & facilius assumi queant, ut quando Sennis additur semen fœniculi, folia scrophulariæ &c. Ad hæc medici attendere solent, dum morbis profligandis accommodant remedia, quæ si sola non satis convenirent in data ægri temperie, additione aliorum ad scopum medicum diriguntur, & sic corriguntur. **B. Een Verbeteringe.** **G. Verbesserung.** *Gall. Correctifs.* **A. Idem.**

**CORROBORANTIA**, idem quod *Cardiaca*.

**CORROSIO** Chymica, est corporis misti, per res corrosivas, calcinatio. **B. Wyringe.** **G. Zernagung.** *Gall. & A. Corrosion.*

**CORROSIVUM**, est Medicamentum solida corporis animalis corrodendi vim habens, ut Ruptorium, Calx, Aqua fortis, &c. Cujus ope superflua carnis excrecentiæ absumitur vel depascitur; vel ut fontanella fiat ad pus vel aquam effusam evacuandam. **B. Corrosifs.** **G. Zernagende mittlen.** *Gall. Corrosif.* **A. A Corrosive.**

**CORRODENTIA**, sunt quæ acutis suis particulis carnem excrecentem edunt, & consumunt & quidem omnia, quibus applicantur. **B. Corrosifs / knagend middel.** **G. Zernagende mittel.** *Gall. Corrosifs.*

**CORRUDA**, est Asparagus sylvestris, dictam volunt quod

quòd ubi adolevit facile corruat, decidatque. Ast cum græca apud Theophrastum vox sit à *καίω* verro, purgo, nam colligatis in fasciculum truncis, verrendo intervire possunt.

**CORTEX**, est exterius tegumentum, seu cutis vegetabilium, ut & nucum, malorum granatorum, aurantium &c. Item exterior substantia cerebri & cerebelli. Gr. *κίρισμα, φλοιός*. B. **De bast.** G. Rinden am baum. Gall. *Efcorce*. A. The bark of a tree.

**CORTICALIS SUBSTANTIA CEREBRI, & CEREBELLI**, est substantia ejus exterior plurimis Labyrinthis & mæandris exterius dotata; tenui meninge obducitur, cinericea, mollis, humidior, cingens ubique, accuratè, totam originem alterius substantiæ internæ, albilimæ, solidioris, exsuccæ magis, quæ medulla cerebri & cerebelli vocatur; ita ut hæc ab illa oriri primò manifestè videatur undequaque, tam in appendicibus, ventriculis, cruribus, medulla oblongata; in interiori verò parte medullæ spinalis similis est cortici recondita substantia, tota pariter ibi arteriosa, quam medullosa ambit, inversâ ratione quam in priori, & juxta *Malpighium* ex glandulis minimis ovalis figuræ composita, juxta alios & quidem verosimilius ex meris vasculis à vasis piæ matris oriundis. Corticalis hæc substantia ab interiori ergo cerebri parte medullarem seu fibrosam substantiam sibi vicinam habet, quæ ex cortice originem ducit, ut clare in cerebello patet. Usus est spiritus animales segregare & è massa sanguinea excipere, ex qua per medullarem substantiam & nervos distribuuntur, & per universum corpus deferuntur. Secundo, fortè memoriæ & somni sedes ibi collocatur. B. **Bast-agtige substantie.** G. Die Rindengleiche theilen im gehirn. Gall. *Substance Corticale du cerveau*. A. the cortical substance of the brain.

**CORTUSA**, Est planta, quæ habet folia ex radice erumpentia, ampla, rotunda, incisa, aspera, saporis stipitici, caulibus longis adhaerentia: ex his nascuntur caules parvi, nudi, in summitate habentes flores quinque petalis constantes, purpureis: radix valdè fibrosa; tota planta est valdè odorata; crescit in locis arenosis, & argillaceis, satis convenit cum auricula urti; dicitur & fanicula alpina, vel montana latifolia, laciniata. Est Matthiolo Caryo-

*Caryophyllata* species, sic dicta quod à *Cortuso* primùm hæc planta reperta sit.

**CORYLUS**, Est arbuscula, quæ plures habet ramos longos, flexiles, sine nodis, cortice tenui obductos: ejus lignum est tenerum, album: folia sunt ampla, ipsa, in margine dentata, acuta, in parte superiori viridia, in inferiori albescentia: flos mas constat tribus squammosis foliolis, quorum exterius binis interioribus incumbit; ex infimo flore quatuor pedunculi emergunt, singuli habentes testiculum suum; omnes flores simul adnati axi longo referunt caudam cati: flos femina in eadem planta, loco diverso à mare nascitur, constans calice squammoso, foliolis multis se invicem succingentibus facto, intra quem ovarium latet instructum multis tubis incurvis, rubris, acutis: fit deinde fructus osseus putamine nucleum condens carnosum, hærens arctè innatus calici foliaceo: radix longa, crassa, robusta: hæc arbor crescit in sylvis, cujus fructus uux Avellana & λεπτοκόρυνο dicitur. Fortasse erit vox corrupta ex καρβύα, cum κα sit mutatum in κο. εν manet, deinde a in us, hinc corylus, si fallar, non mihi vitio vertite, est enim tantum divinatio. B. Hazelaar / hazenote-boom. G. Hasel-nusz, Hasel-strauch. Gall. Noisetier, Noissetier, ou Condrier. A. Hasel-nut-tree, Hasle-tree, or a filberd-tree.

**CORYMBI**, sunt summitates Hederarum, velut uvæ dependentibus acinis coactæ. Transfertur tamen vox ad multos herbarum fructus.

**CORYMBIA**, **CORYMBOS**, **CORYMBE**, est Hedera, arborea, sic dicta, quod supra arborum capita ascendat; derivatur à κέρα caput.

**CORYPHE**, est vertex capitis; item digitorum extremitas interior juxta unguës, à κορυφή in verticem attollo.

**CORYZA**, sive **GRAVEDO**, est succorum nostri corporis, ab externo frigore, inspissatio, unde in minimis vasculis, ubi hi alluunt, fit obstructio; vel ab eadem causa vascula contrahuntur, hinc à liquido suo inflammantur, quod cum facillimè fit in locis ubi continuò alluit aër, tota membrana à *Schneidero* descripta, nares &c. investiens afficitur, unde ex glandulis ejus fit liquoris acris & salis destluxus; sic & glandula pulmonarem fistulam perreptantes ob acrem succum excitant tussim. Coryza est vel sine vel cum febre, à κορυζία gravedine laboro, vide *Catar-*

*rhbus.* B. *Verhoutheid / de snuf / zwaarhoofdigheid / dzuppinge uit de hersenen* G. *Schnuppen, Fautz,* oder beschwerung desz Hau ts. Gall. *Enchiffvenement; Rhbme.* A. Heaviness, or distinesse.

**COS VINUM**, est vinum, quod insigni colore, odore, & sapore pollet. Prior enim littera significat colorem; media odorem; & ultima saporem. Gall. *du Vin Theologal.*

**COSMETICCA**, sunt Medicamenta externa, illuminando applicata, cutim dealbantia, & emollicentia, ad pulchritudinem illi conciliandam; ut oleum tartari, lac virginis, dissolutio ex mercurio sublimato, sulphure, camphora, &c. à κοσμηω orno. B. *Blanktitzel.* G. *Blancketzel,* Farb anstreichende mittlen. Gall. *Remedes pour blanchir ou netoyer la peau, ou pour farder.* A. *Cometicks.*

**COSTÆ**, Gr. πλευραι, σπάρταυ. B. *Ribben.* Sunt illa ossa, quæ arcuata, oblonga, unâ cum aliis partibus thoracem constituunt: Polterius connexionem cum vertebra dorsi, anteriori verò cum sterni cartilaginibus habent: numero in quolibet latere duodecim sunt: septem superiores veræ seu potius longæ, quinque inferiores spuria, seu breviores dicuntur. Item νόβοι πλευραι, μαλθακαί πλευραι, χονδρείδες άκανθαι. Costarum pars latior *Palmula* dicitur, πλάτη *Poll.* angustior, quæ spinæ vertebra attingit, *Remulo κόπιον*: *Polluci μεσοπλεύρια* costarum spatia intermedia dicuntur. B. *Korte ribben / bastert ribben.* G. *Die kurtze rippen.* Gall. *Fausses côtes.* A. *The Spurious ribb's.* Costæ etiam sunt margines ossis scapulæ, & ossis illi.

**COSTUS**, est herba odorem spirans, nomen accepit, από τοῦ κοσμείν ab ornando, quod odoris sui fragrantia sensus decorat; duplex in officinis prostat, *Albus & Niger.* vocatur etiam *Mentha Suracemica,* & *Græca,* Straboni *Costarium.* Vocatur aliàs *Mentha corymbifera,* à dispositione florum & odore, herba S. Mariæ. Balsamita, ubi vide: *costus Arabicus,* est radix exoticæ plantæ arbusculæ sambuci satis similis, oblonga, pollicis crassitie, gravis, compacta, coloris buxei flavescens extus, intus rubri, saporis acris, amari, aromatici, graci, subdulcis, odor ejus si in ignem conjicitur lat gratus: tres costi dantur species, Arabicus, dulcis, & amarus; sunt qui volunt has tres species inter se non differre, nisi ratione ætatis, sed quemadmodum de plurimis exoticis ita de costo nihil adhuc indu-

dubitanter differi potest. B. *Kost* / *Balsam*. G. Frauenkraut. Gall. *Cofus Arabique*. A. Sweet smelling coftus. Arab. *Kaft* & *Koft*.

**COTINUS**, Est arbufcula sex vel feptem pedes alta, cujus lignum est flavum, ramos dimittens rotundos, cortice rubicundo & obscuro inſtructum : folia ſunt ampla, venoſa, ſerè rotunda, in longo pedunculo : Caliculus exiguus, quinquefidus; floſculus roſaceus, pentapetalus, in ramulis capillaceis : Ovarium ſit fructus orbicularis, duro putamine impartibili tegens ſemen triaangulare, coloris rubicundi, fulci aut nigri : radix lignoſa : hæc arbufcula creſcit in montibus : dicitur etiam Coccigria, à *κόκκος* granum, & *ἀγρια* ſylveſtris, quaſi grana ſylveſtria. Est Oleaſter ſylveſtris, qui vocatur cotinus ad lineamenta modo conchilii colore inſignis. Nomen fortè ab inſula Hiſpaniæ Continufa poſt Gades; ubi Oleaſter ſeu Cotinus in magna copia alitur, me latet. B. *Wilde Olyf-boom*. G. Wald-Oel-baum. Gall. *Fuſtet*; *Olivier Sauvage*. A. The Wild Olive-tree.

**COTONEA, CITONIA & CYDONIA MALUS**, Est arbor, quæ habet lignum tortuoſum, durum, pallidum, albeſcens, habens corticem mediocriter craſſum, ſatis politum, externè coloris cinerei, internè rubicundi; folia mali, integra, albeſcentia, in parte inferiori lanuginoſa; flos eſt roſaceus, quinque vel plurimis petalis in orbem poſitis conſtans, cujus calix abit in fructum turbina-tum, carnoſum, in loculamenta diviſum, ſeminibus plurimis, glutinoſis, oblongis, & calloſis facta; radix magna, coloris obſcuro : creſcit hæc arbufcula in montibus & locis aridis : ſic dicta eſt, à Cretæ oppido, unde primùm advecta eſt. *Cotonea*, verò à Sidonte Corinthi vico nominata eſt, primus Cato illud nomen dedit : quibuſdam, quod mala ejus cotone, ſeu lanâ quãdam tegi videantur. B. *Queen-boom* / *Quee-appel-boom* / *Quee-pear-boom*. G. Quitten-baum, Kuttel-baum. Gall. *Coignaffier*. A. The Quince-Tree.

**COTONIUM, COTONUM, COTUM**, vide *Xylon*.

**COTULA**, eſt Chamomillæ ſpecies, quæ in duas dividitur, quarum una dicitur cotula factida, ſive Chamamelum factidum, quæ habet folia Chamomillæ vulgari ſimilia, odore abominabili, guſtu amaro. Gall. *Camomille puante*.

te. Altera species, dicitur cotula non fetida, & à foliis cotulæ fetidæ distinguitur solo narium judicio, sapore amaro, vocatur & Chamomilla inodora, Bupthalmum. Gall. *Oeil de bœuf*. Datur & tertia species cotulæ, quæ est flore luteo radiato, sive Chrysanthemum tenuifolium boeticum, sive Bupthalmum tenuifolium, folio mille folii: nomen quod ei Thufci indiderunt satis declarat: *Cautam* enim appellaverunt, unde diminutivum *Cautula* deductum est, & tandem corruptâ voce *Cotula*, à *κατω* uro, quia, illi qui in campis alvum exonerant, & deinde hâc herbâ sedem abstergant, paulò post intolerabili vexentur ardore. Alii à cote denominationem trahunt, quia fortè quibusdam in locis cotibus, seu rupibus innascatur. B. *Knœdille* / *Knœ*. **ocgen.** G. Krottendill, Knedtill, Kne-aug. A. Stinking May-weed, or camomil. Gr. *Κουανθίσις*, *Κυροβοτανή*.

COTYLA ATTICA, pendet uncias novem, ut Hemina Italica. *Cotyla Italica* verò est libra mensuralis unciarum XII. vel capit semisextarium.

COTYLE seu COTYLA, est *Acetabulum* seu cavitas ossis coxendicis, quæ caput femoris ossis excipit. Gr. *κοτύλη γλῆστον* *Theocr. interp.* B. *Het heupen-berns hoi*. G. Die schussel, oder hœle darin sich das Huftebein fueget. Gall. *Le Creux d'un os*, ou *s'emboite un autre os*. A. The cavity in the Hip-bone.

COTYLEDON, idem quod *Cotyle*.

COTYLEDON, ACETABULUM, sive UMBILICUS VENERIS, Est planta, quæ habet folia ex radice erumpentia, rotunda, pingua, succulenta, tenera, umbonem sive umbilicum quali referentia, saporis visceridi, & intipidi, pediculis longis adherentia, ex quibus producitur caulibus semi pedem altus, qui in plures ramulos dividitur parvos flores gerentes: qui sunt monopetali, campaniformes, tubulati & multifidi, ex quorum calice surgit pistillum, quod infimam floris partem perfodit, abique deinde in fructum, ex plurimis vaginulis constantem, in capitulum collectis, à basi ad apicem dehiscentibus, ac semine factis ut plurimum minutissimo: sic dicitur quòd folium habeat instar vasculi excavatum, quo solebant veteres haurire, vel quod sit instar coxendicis concavum: *κοτύλη* enim est cavitas dicta coxæ, in qua os femoris capite suo rotatur, à *κατω* jaceo, politus sum. Vocatur item *γῆς ὀμφακ*



λον, quòd veluti oculum feu umbilicum densioribus cinget foliis, adinstar majoris fedi. Gall. *Nombri de Venus.*

COTYLEDONES seu ACETABULA UTERINA, vel πλακτάνια κροϊας. Sunt glandulæ per externam fætus membranam feu chorion dispersæ, quæ succum nutritium fætui alendo ex utero segregant : sed hoc locum tantùm habet in quibusdam animalibus : in mulieribus verò placenta uterina earum vicem gerit. Item venarum uteri hiantium oscula, quæ acetabulorum & cotyledonum nomine veniunt. A foliorum Cotyledonis herbæ similitudine nomen fortiuntur.

COURAP, scacies quædam Indica est, Impetiginem aut Herpetem referens.

COXÆ OS, Celso, aliis *Innominatum & Ilium. Coxændis.* Varroni *ἰχίον κόχωνο* *Hesych.* dicitur, eo quod ileum intestinum contineat; lateribus ossis sacri annexum est; in infantibus ex ossibus tribus constat, ilio nempe, Ischio, & ossè pubis, per cartilagineas invicem conjunguntur usque ad septimum annum, tum triplici lineâ distinctum apparet : quod adultis in unum coalescit. B. *Het heupen-been / ps-been / de joukhen.* G. Das Heufft-bein. Gall. *La Hanche.* A. The Hip vel Huckle bone, or the haunch.

COXENDIX, idem quod *Coxa & Ischium.*

CRAMA, CROMA, & CHRAMA, est mixtio cujuscunque rei, sive Medicamenti, sive Elementorum, à *κρῆμα* *εἰς* *γινῆμι* misceo. B. *Gen mengsel.* G. Ein Vermischung, Vermengung. Gall. *Mixtion, Mestange.* A. Mingling or Mixture.

CRAMBE, Est planta, quæ habet folia Brassicæ rubræ, sed magis crassâ, magis carnosâ, visui gratiora, circa margines undulata, & veluti crispa, saporis non ingrati, ex foliis nascuntur caules, qui in summitate habent flores cruciformes, quatuor scilicet petalis constantes; ex quorum calice surgit pitillum, quod deinde abit in fructum seu testam unicapfularem, bifariam dehiscentem, semine fetam ut plurimum oblongo : crescit hæc planta circa loca maritima : crambe est vox græca significans Brassicam, sed cum hac malè confunditur, nam Brassica est aliud genus plantæ, hinc à Tournefortio optimè ab invicem distinctæ, & nomen Brassicæ sive crambe hic retentum est ob defectum vocabulorum: dicitur quali *Κοράμβηλα* *παρα* *τὸ* *κόρε*

κόρας ἀμβλύειν quod oculorum pupillas, quas Gr. κόρας vocant, hebetet obtundatque. Sed alii dici volunt à κόρα quia brassica capitata est. Et alii ita vocatam asserunt quia κόρα ἀμύνη vel ἀντίβη, quod crapulae adversetur. Vide *Brassica*. Gall. *Chou-marin sauvage d'Angleterre*.

CRANIA, est cornus, arbor; à κράνος caput, quod capitatum fructum ferat, vel, quod instar Calvariae duri sunt rami. Vide *Cornus*.

CRANIUM, est compages octo ossium capitis, ad quod pertinent ossa frontis, sincipitis, occipitis, temporum, sphenoidis, & cibriforme: sese habet velut κράνος Galea, quia cerebrum ab externis injuriis defendit, superior ejus pars ex diplomate, sive duplici tabula constat, ab aliis Calva & Calvaria appellatur. Vide *Calva*, forte à κείω tondeo. B. *Het Bekke-neel / Hersen-bekken / Hoofspan / Hersen-pan / Hoof-schootel*. G. Die Hirn-schale. Gall. *Le Crane*. A. The Skull.

CRAPULA, est capitis dolor, ex nimio vini usu contractus, ex κόρα caput & πάλω vibro. B. *Wassen / zatsheit / verbuistheit*. G. Hauptwehe von ubrigen trincken. Gall. *Crapule; Yvresse*. A. Gluttony or a surlet.

CRISIS, sive TEMPERAMENTUM, est mixtio ex convenienti qualitatum constitutione. Temperamentum dicitur simplex vel compositum: *Simplex* cum una tantum qualitas excedit, ut calidum, frigidum, humidum, siccum, salsum, acre &c. *Compositum*, cum plures qualitates eminent, ut calidum & siccum, calidum & amarum, salsum & acre, acidum & frigidum, acidum cum acrimonia &c. Item aliud est *Institum*, quod partibus inhaeret; aliud *Influens* quod à spiritibus, & sanguine in partes influit: estque *Moderata* vel *Immoderata*: *Totalis* vel *Partialis*: *Nativa* vel *Adscititia*: *Permanens* vel *Fugiens*: ad *Pondus* vel ad *Justitiam* & sic finguntur plurimae differentiae, quae vix ullius momenti sunt, à κράνωμι misceo. B. *Getempertheid / temperament / gematigtheid*. G. Die Mässigkeit. Gall. *Constitution, Temperament*. A. Temperament, or Constitution.

CRASSULA, est Telephii species, sic dicta, ob folia solito crassiora: ut & vermicularis, eandem ob similitudinem *Crassula* vocatur *minor*.

CRATEGONON, herba Cerealis videtur & affinis Melam-

**Iampyro**, cujus usus & esus est semen vividum & genitale reddere; id enim τὴν ἰσχύον καὶ αἰσίν significat, semen robore acuire & quasi viribus imbuere.

**CRESSIO**, vide *Cardamom*.

**CRATICULA**, est instrumentum Chymicum ex bacillis ferreis quadratis digitalis crassitudinis, juxta se in acutum ita positus, ut semidigitale spatium inter illos intersit, factum locis conficiendis, carbonibus sustendendis inferviens. **B. Een Rooster. G. Ein Rost. Gall. Un Gril. A. A. Gridiron.**

**CREA**, est tibiæ anterior pars. Dicitur & *Ocrea*. Vide *Tibia*.

**CREMASTER**, Musculus, carneus oritur à magna parte inferiore, anteriore spinæ ossis Ilium, obliquo descensu adnascens carneis fibris ad marginem anteriorem, descendentem, ossis Ilium, versus os pubis, unde antrosum, deorsum, oblique se expandit, lateralia, & anteriora, tunicæ vaginalis amplectitur, dum à parte anteriore ossium pubis, post vaginalem tunicam fibræ carneæ ortæ, recta dimissæ, deorsum, se applicant parti posticæ tunicæ vaginalis, & ita simul formant musculum cavum, undique accuratè clausum, quo tunicam vaginalem, testemque, elevat, sustinet, comprimit, exprimit, à καρέω suspendo. **B. De opschoztende spieren. G. Der hoden hangmausz. Gall. Muscle cremaster. A. The cremaster muscles.**

**CRENÆ**, sunt quædam in extremis oris incisuræ, à quibus crenata herbarum folia vocantur, hoc est serrata, & per ambitum secta.

**CREPATURA**, à *Crepare*, est quando hordeum aut aliud quid coquitur, donec crepat.

**CREPITUS LUPI**, vide *Orbicularis*.

**CRIBRATIO**, est pulveris tusi per cribrum dimissio, seu materiæ tenuioris à crassiore beneficio cribri separatio. **B. Ziftinge/ teensinge. G. Siebung, das Sichten. Gall. Criblement. A. Sifting, or Searcing.**

**CRIBROSUM OS**, vide *Ethmoides*.

**CRIBRUM**, Gr. ἰσχυρὸν ἔργον, est instrumentum, ex lana, linteò, cannabe, serico, seta &c. quo olea, liquores &c. percolantur, vel pulveres trajiciuntur: atque est vel rarum vel densum, apertum vel clausum, **B. Zifte/ treng. G. Ein Sieb. Gall. Crible, Tamis, Etamine. A. A. Sieve, or Searce.**

**CRIBRUM BENEDICTUM ANTIQUORUM**, *Verteres* in renibus duas cavitates finxerunt secundum longitudinem sitas : unam supremam, in quam sanguis serofus ex vasis renalibus effundebatur : alteram infimam, transversâ quâdam membranâ distinguere putabatur instar cribri angustissimis foraminibus pervia : unde *Colatorium* vocârunt, & *Benedictam cribrum*, per quod voluere percolari serum in ureteres, sanguinem verò probum remanere pro nutritione renum.

**CRICOARYTENOIDES**, sunt musculi à cartilagine cricoide five annuliformi profecti, qui arytenoidi inferuntur, quàm, dum retrorsum atque exterius abducit, rimam quoque laryngis dilatat, ex *κρίκω* annulus, *ἀρυτῆ* vel *ἀρυτῆ* apud Hesych. haustrum vasis genus apud Lucret. lib. 5. ab *ἀνοίγω* aperio, & *ἰδίω* forma. B. *Des rings spier-spieren*. G. Der ring mausz. Gall. *Muscles Cricarytenoidiens*. A. The cricoarytenodes muscles.

**CRICOIDES**, est capitis laryngis cartilago annuliformis, ex *κρίκω* annulus, & *ἰδίω* forma. B. *Het ringwys kraakebeen*. G. Das ringgleiche knorpelbein. Gall. *Cartilage cricoide*. A. The Ring like cartilage vel gristle.

**CRICOTHYROIDES**, est par musculorum ab annulari cartilagine ortum, & in scutiformem terminatum, nonnihil oblique movendo, rimulam Laryngis dilatat, ex *κρίκω* annulus, *θυρεός* scutum, & *ἰδίω* forma. B. *Des rings schild-beens spieren*. G. Der schildbeins mausz. Gall. & A. *Crico thyroidiens*.

**CRIMNOIDES** seu **CRIMNODES**, est urina, cui crassa & farinacea sedimenta insunt, à *κρίμνος* farina, & *ἰδίω* forma. B. *Melachtige pis*. G. Dicke und dunckel harn. Gall. *Urine Farinuse*. A. Urine with a thick Sediment like to Meal.

**CRINALE**, est Instrumentum quoddam Chirurgicum, Ophthalmicum, in Ægyptopes cura commodissimum, cuius inventor est Aquapendens.

**CRINIS**, seu **PILUS**, corpus notissimum est, teres, solidum, filamenti instar, quod facillimè in quamcunque partem flectitur, microscopio perlustratum, transparentes est : saepe nodosum, extremitas ejus instar penicilli saepe fissa, radix sive bulbus ob figuram dicta intra cutim reconditur, verosimiliter cava est & vasculosa, ut pennæ avium

in radicibus, quæ vasculosa pars folliculo includitur, in setis & majoribus pilis conspicuo; oriuntur pili ex ipsis pinguedinis interpositis glandulis, vel folliculis; defendæ cuti & firmandis poris, inserviunt in cute, ut & in aliis partibus, ut in cavo narium anteriore &c. dividuntur in capillos, in crines & pilos. B. *Hair*. G. Das Haar. Gall. *Cheveux*. A. Hair.

CRINON, liliū, dicitur & *κρίνον*, à *κρίνω* secerno, quòd folia ejus sint distincta, vel à *κρίνω* judicio, est enim *κρίνω* & indicium veris, vocatur & *λίλιον*. Vide *Lilium*.

CRINONES, sunt vermiculi cutanei, qui & *Dracunculi* vocantur. G. Miteser.

CRINONIA, idem quod *Crinon*.

CRISIMA, sunt signa decernentia, & judicantia, à *κρίνω* judico.

CRISIS, Veteribus erat subita, & repentina mutatio in morbo, ad salutem vel ad mortem contingens. Aliquando significat humorum secretionem. Sed magis frequens, & usitata est illius acceptio pro judicio super morbum habito. *Crisis* alia est *Perfecta*, alia *Imperfecta*: *Perfecta* est, quæ ægrum perfectè, & integrè à morbo liberat: estque vel *Salutaris*, vel *Lethalis*. 1. Ut sit optimis signis Judicata. 2. Manifesta. 3. Ut die criticà contingat. 4. Fida. 5. Secura. 6. Conveniens morbo & ægrotanti. *Crisis Imperfecta* est, in qua morbus perfectè non judicatur; sed tantum secundum partem, & alteri crisi futuræ locum post se relinquit; eaque duplex est, altera ad melius; altera verò ad deterius. Ad melius ea est, quæ non omninò tollit morbum, sed facit ut eum æger alacrius ferat. Ad deterius est, quæ morbum reddit vehementiorem, & periculosiorem. Crisim à Lunæ & siderum motu, & influentiis dependere, eorumque aspectus quadratos, oppositos, aut *ουζυγίας* sequi, verum non est: à materiæ utique majori, vel minori maturatione crises videntur dependere, sed in hisce regionibus non observantur, à *κρίνω* judico, fecerino. B. *Cozdeel / raming*. G. Crisis, Urtheil. Gall. *Une Crise*. A. A Crisis or judgment.

CRISPINUS & CRESPINUS, est *Berberis*: haud dubiè Græci à spinarum acuminatis cuspidibus *Oxycanthan* nominant: hinc Latinis fortè quasi *Cretica Spina*, unde voce contracta sonat *Crespinus*; vel devenit ab Itali-

ca voce *Créspino*, five à *Spina*. Vide *Berberis*.

**CRISTÆ**, sunt carnis excrescentiæ circa anum pullulantes ex præpostera Venere ortæ, ad quarum radices plerumque scissuræ seu Rhagades adsunt. B. *Hant-kambs-wpzigge uitwassen*. G. Ein Hanen kams gleiches aufz-wachs. Gall. *Crêtes*. A. Excrescensës on the Anus like a cocks comb.

**CRISTA GALLI**, est pars tertia ossis ethmoidis, five processus interior gallorum cristæ haud absimilis, inter olfactorios nervos, five processus cerebri papillares assurgens, cui infigitur extremitas sinus tertii duræ meningis. B. *Ein Hane-kams bein*. G. Das Hanen-kambs bein. Gall. *Crête de cocq*. A. A kind of a triangular process like to the comb of a cock. Cocks combehone.

**CRISTA GALLI**, Gr. ἀκτὸς ἀγροῦ, sic dicitur à florum figura, cum eorum folliculis. Vide *Alectorolobus*.

**CRITERIUM**, idem quod *Crisis*.

**CRITHAMUM**, idem quod *Crithmum*.

**CRITHE**, est hordeum; dicitur quasi κριθόν, secretum vel separatum, quòd huic frumento multa opus sint ad fecernendas glumas. Vel παρὰ τὸ προκριθῆναι τοῦ ἀκροθῆναι, ἀποθῆναι γὰρ ἡ ὄριον πρὸ τοῦ κριθῆναι, quòd hordeum glandibus præferebatur; vel ἀπὸ τοῦ διακριθῆναι, quòd eo reposito, & in usum recepto, glandibus spretis à brutis homines distincti sint, à κριθῶ fecerno. Vide *Hordeum*.

**CRITHE**, vide *Hordeolum*, estque tuberculum parvum, oblongum, palpebræ cilio, qua pili sunt, adnascens; & sic ab hordei similitudine, dictum. B. *Ein frontje of scheetje der oog-scheelen*. Gall. *l'Orgeolet ou Orgueil*. Item pudendum virile.

**CRITMUM, CRITHMUS, CRITHAMUM, & CRETA**, est Fæniculum marinum, vocatur & *Crethmum*, est planta, quæ habet caules sesquipedem circiter longos, ramosos, crassos, lignosos, interdum repentes, aliquando rectos: folia trifariam divisa, carnosa, angusta, atro-virentia: flos est rosaceus & umbellatus, plurimis scilicet petalis in orbem positis, & calici insidentibus: is autem abit in fructum compositum ex duobus seminibus conjunctis involucrium aliquod habentibus, quod per maturitatem deponunt, striatis, oblongis, albis, planis, odoratis: crescit in regionibus calidis super saxa circa mare: an à

κριθῶ,

*αβη*, quodd semem aliquod contineat, instar grani hordei aut tritici? An à *αβη* fecerno, quia urinam & menses fecernit? B. *Zee-venkel*. G. Meer-fenchell, Zee fenchell. Vacillen-kraut. Gall. *Bacile*, *Fenouil marin*, *Perce Pierre* ou *Passe Pierre*. A. Sampire.

CRITICI DIES, sunt, in quibus subita morbi conversio fit. Eorum tres sunt *differentia*: alii *verè & perfectè critici*, dicuntur, alii *Indices*, alii *Intercidentés*. *Perfectè critici*, *Principes* aut *Radicales* appellantur, quoniam, quæ his diebus contingunt crises, omnes perfectæ criseos notas habent: ejusmodi sunt septenarii tres, nimirum septimus, decimus quartus, & vigesimus. *Indices*, qui *contemplabiles*, & *internuncii* nominantur, sunt, qui crisis septenario die futuram indicant: suntque numero tres: quartus, undecimus, decimus septimus. *Intercidentés*, qui & *intercalares*, seu *irrepentes*, vel *provocatorii* nominantur, sunt qui inter principes, & indices intercidunt, crisesque imperfectas moluntur, suntque tertius, quintus, nonus, decimus tertius, & decimus nonus. Reliqui verò dies, qui neque principes sunt, neque indices, neque intercidentés, *vacui & medicinales* appellantur: suntque sextus, octavus, decimus, duodecimus, decimus sextus & decimus octavus. Dierum criticorum computatio instituenda est ab ea hora, in qua æger percipit manifestam actionum suarum læsionem. Hoc obiter notandum quodd dierum criticorum supputationes, in hisce regionibus calculis Hippocraticis non exactè respondeant. Illi dies omnes dependent, à *materia morbigica citiori vel tardiori maturatione*, à *αβη*, judico. B. *Coedel dagen*. G. Die tagen aus denen man die veränderung der Krankheiten Urtheilet. Gall. *Les jours Critiques*, ou *de Crise*. A. Critical days.

CRITICA SIGNA, sunt, quæ ex crisi, vel ad salutem vel ad mortem, desumuntur, suntque alia *Antecedentia* quæ vel tempus crisi prænunciant, vel speciem criseos significant; alia concomitantia, quæ cum ipsa specie criseos simul apparent. Alia denique *Subsequentia* nominantur, quæ ostendunt an sanitas imperfecta sit expectanda, vel an metus sit recidivæ.

CROCOMAGMA est compositio cujus basis est crocus. CROCUS, est planta, quæ habet folia angusta, graminea,

nea, striata, linea media alba divisa, septem ut plurimum, theca membranacea involuta : flos est liliaceus, monopetalus, inferius tubulatus, in sex partes profundè dissectus, pediculo inlidens : Pistillum è fundo floris surgit in terna capillamenta capitata & cristata divisum : calix verò deinde abit in fructum oblongum, trigonum, in tria loculamenta divisum, feminibusque sætum subrotundis : radix gemina, carnosa tuberosa, quarum altera, quæ minor est alteri majori fibrosæ infidet, utraque verò involucre membranoso obducitur : crocus sæpius adulteratur nunc staminibus carnis bubulæ salitæ, nunc cnici floribus sive carthami, vel Calendulæ; vel illum nimis humidum reddendo. Hujus variæ sunt species, Vernalis enim & Autumnalis, quæ colore aliisque circumstantiis variant. Ex India, Gallia, Anglia aliisque locis nobis adfertur. *Crocus*, ex sententia Scholiastis Callimachi dicitur *παρὰ τὸ ἐν κρόκῳ θάλλειν*, ex eo quòd in frigore floreat, vel dicitur quasi *κρόκῳ* vel *κρόκῃ*, id est *Trama*, *Filum*, *Villum* seu *Subregmen* : id quòd stamini inseritur, intertextiturve; cujusmodi sunt croci stamina, seu villi, qui *κροκίδες* appellantur, qui cùm foli in usum veniant, per excellentiam croci nomine donantur. Alii dicunt vocari à Croco juvene, qui propter amorem Smilacis virginis, in florem sui nominis versus est. *Ovidius* hoc modo canit.

*Et Crocum in parvos versus cum Smilace Flores.*

B. *Saffraan*. G. *Saffran*. Gall. *Saffran*. A. *Saffron*.

**CROCUS**, Chymicis est calx pulverea ad croceum vergens colorem, vel est quilibet pulvis colorem croci æmulans, paratur ex marte, venere, antimonio &c. ut crocus martis, veneris, metallorum &c.

**CROMNYON**, est *Cepa*, dictum est quòd oculi pupillam comprimi cogat, *ὅτι κρόκας μύομενον*, vel *ὅτι αὐτὸν ὀφθαλμοὶ κρόκας μύομενον*, oculos enim claudere & emittere lachrymas confueverunt, qui ipsum naribus oculivè admovent. Alii, sed minus rectè Etymologiam à *κρόκῳ* caput derivant, quia ejus bulbus capitulum refert.

**CROTAPHITES**, dicuntur muscoli, venæ, & arteriæ temporales, *κρόταφῶν* enim tempus, fortè à *κρατῖν* verbero, pulsò, quia arteriæ in eodem loco continuò pulsant : quandoque etiam *Crotaphium* pro dolore capitis sumitur. *Vide Temporalis Musculus.*

CRO-



**CROTAPHIUM**, vide in *Crotaphites*.

**CRUCIALIS INCISIO**, vide *Incisio Crucialis*.

**CRUCIATA**, est *Gentianæ* species, quæ habet caulem pedem circiter altum, tenuem, mollem, debilem, quadratum, villosum, nodosum: folia in caule in crucis formam disposita, quaterna, hirsuta, parva, oblonga: flores parvi sunt, verticillati, coloris flavi: bacca post florem geminæ, ferè sphericæ, cutim siccam & villosam habentes: radix tenuis: juxta fossas, aquarum rivulos, & quandoque agrorum margines crescit: nomen accepit, quod radix secundum longitudinem tripartito, aut quadripartito fissâ fit, cum foliis cauli cruciatim incumbentibus. Hinc Gr. *Στραγγιζον* appellatur: vocatur etiam asperula aurea. Gall. *Croifette*.

**CRUCIBULUM**, seu **TIGILLUM**, est vas fusorium ex terra in igne contumacissima, factum, acutiore basi & ferè in ampliorem capacitatem formâ triangulari, vel rotunda desinentem, ad fundenda & eliquanda mineralia, & metalla formatum. Fit etiam crucibuli species, quæ vulgò testa appellatur, fundendis metallis adæquata. B. *Gen smelt-kroes*. G. *Ein muffel, schmetztiegel*. Gall. *un Creuset*. A. A Crucible.

**CRUDITAS MORBORUM**, dicitur cum materia morbi per vim Vitæ nondum satis attenuata, ut circulo sanguinis restitui, atque sic ex corpore per secretoria expelli queat, sed adhuc prædita eâ mole, figurâ, cohesionem, mobilitate, inertia, ut augeat vel faciat morbum. B. *Onz rypheid der ziele*.

**CRUDITAS VENTRICULI**, est, cum cibi ex defectu alimenti, aut alterius causâ, non legitimè fermentantur, & in Chylum transmutantur: estque triplex *Apepsia*, *Bradypepsia*, & *Dyspepsia*, de quibus suo loco specialiter.

**CRUOR**, Gr. *αιμα*, *ιμα*. Vide *Sanguis*. *Helmontius* Sanguinem à Cruore distinguit: Sanguinem contineri, dicit in arteriis; Cruorem verò in venis. Cruor à currendo, vel à corde dicitur, currit enim per venas ad cor. B. *Aders ph bloed*. G. *Das Bluth*. Gall. *Sang*. A. *The Blood*.

**CRURÆUS MUSCULUS**, subjacet musculis vastis, femoris ossis involucro ubique, extima præter, affixus, hujus quatuor tendinæ expansiones in unum quasi collectæ validum fingunt tendinem communem, ipsius officium

cium est tibiam cum cæteris musculis extendere. *B. Schenkel-spier.* G. Der Schenkel-mausz. Gall. *Muscle Crural.* A. The Crural or leg muscle.

CRUS, five MAGNUS PES, Gr.  $\Sigma\chi\lambda\omicron$ , &  $\kappa\alpha\iota\sigma\iota\omicron\upsilon$ , dicitur totum id membrum corporis humani, quod à natibus ad digitorum pedis extremitates extenditur, conitans ex femore, tibia, & pede cum digitis propriè dicto. *B. De Schenkel.* G. Der Schenkel. Gall. *la Jambe.* A. The Leg.

CRUSTA LACTEA, est species Achoris, hac tamen cum distinctione, quod Achor tantum caput, verum Crusta lactea obtingit infantibus in lactationis principio, atque non solum faciem occupat, ast universam ferè corporis cutim inquinat. Crusta lactea albicat, Achores verò alium colorem obtinent.

CRUSTA VERMICULARIS, idem quod *Velamentum Bombycinum.*

CRUSTA ULCERIS, vide *Eschara.*

CRUSTULA, idem quod *Ecchymoma* in oculo, hoc est sanguis, qui ad conjunctivam tunicam à suis descendit arteriis cum ipsæ crepuerint, à percussione, vulnere, ulcere &c.

CRYMODES, est febris continua ardens cum inflammatione circa Pulmonem, & proinde ob circulationem sanguinis inæqualem, frigus magnum partes externas occupat, ex  $\kappa\upsilon\upsilon\mu\omicron\delta\varsigma$  frigus, algor, &  $\epsilon\iota\delta\omicron$  forma.

CYSORCHIS, est testiculorum virilium in abdomine occultatio. Ex  $\kappa\epsilon\upsilon\alpha\tau\alpha$  abscondo, &  $\beta\epsilon\gamma\gamma\iota\varsigma$  testiculus.

CRYSTALLI, sunt pustulæ per universum corpus dispersæ lupini magnitudine, albæ ac instar crytalli diaphanæ.

CRYSTALLINA TUNICA, vide *Arachnoides Twmica & Aranea.*

CRYSTALLINUS HUMOR OCULI, etiam *glacialis* dictus, ipse intra tunicæ uveæ aperturam, quasi vitrum foramini impositum, antèrius habet humorem aqueum, posterius humorem vitreum, cui necitur ope membranulæ pellucidæ, à Choroide reflexæ, radios undique adventantes colligit, ac refringit: hujus substantia instar glutinis, aut gunmi arboris, admodum pellucida est, ac consistentia instar ceræ colliquescentis prædita, licet comprimi possit, haud tamen sponte diffluit, duriorque est humore vitreo,

vitreo, figura ejus in homine, ad speciem lentis accedit, cujus nempe superficies extima planior, ac intima gibbior. Crystallinus humor dicitur, quia olim humor credebatur esse, sed hodie per Anatomicorum injectiones constat, quod componatur ex multis segmentis sphaericis, sibi inmediate impositis, pellucidissimis, merè vasculosis, humorem pellucidissimum vehentibus, tamen *Membranulâ* propriâ *Aranearum* dicta includitur; corpus hoc convexiori suâ parte vitreo insidet humori ibi loci, ubi fovea satis notabilis vitreo est insculpta, cujus figuræ exactissimè respondet atque hâc ratione præcipuam dictæ cavitatis partem implet, non verò totam, liberè hæret in parte anteriore, & vitreo necitur parte posteriore & lateribus. ἀνεβήσφιγίς, & σφειλλω concreſco. B. *Met krystalline vogt.* G. Die Crystalline feuchtigkeit. Gall. *Humeur Crystalline.* A. Crystalline humor of the eye.

**CRYSTALLISATIO**, est alicujus salis depurati in crystallos redactio. Proprium est salium, quibus & Tartarum & Saccharum addere licet. Videlicet hæc in liquore aqueo soluta, si in frigidum locum reposita fuerint, concreſcunt in crystallos. Ubi nota, si nimium liquoris adfit, antequam reponantur, aliquantulum exhalandum esse. Porro, postquam primâ vice Crystalli exemptæ fuerint, quia reliquis in liquore sc. restantibus crystallis liquor disproportionatus est, exhalet nonnihil, hinc reponatur iterum. Sacchari crystallisatio fit mediante calore, in nimiam enim similitudinem sacchari syrupus coquitur, deinde ollis, figuram metæ habentibus infunditur, deinde in Caldariis reponuntur, & quod superfluum per metæ cuspidem inversam (perforata enim est) destillat, & quod crystallisandum metæ lateribus adhæret. B. *Krystallifazie.* G. Crystallisierung. Gall. & A. Crystallisation.

**CRYSTALLOIDES TUNICA**, idem quod *Aranca tunica*.

**CRYSTALLUS**, lapis transparens est, aquam in glaciem conversam omninò referens. Gemmam si vocare licet, modo omnium mollissimam dixeris, vel à similitudine coloris, quâ gemmas colorata Crystallus refert, pseudo-gemmam verbi gratiâ, pseudo-berillum, pseudo-topazium, pseudo-saphirum, pseudo-smaragdum, quæ veris gemmis molliores sunt. Sic & *Iris* vocata gemma à colore, quem fronti

applicata exhibet. Cryſtalli ſpecies eſt. Invenitur variis in locis, etiam in Germania, Bohemia, Ungaria, Cypro & Luſitania, & nonnunquam in agris. Porro, quanquam colorata minime negligendæ ſint, ac præcipuè pseudo adamas, quæ aliis nobilior, attamen in præparationibus Chymicis recipitur Cryſtallus propriè ſic dicta, quæ eligenda eſt puriſſima, pellucidiffima, ac eximiè intenſa. Dicitur *Cryſtallus* à κρύος, gelu, & εἶλω contraho. B. *Kryſtal*. G. *Cryſtall*. Gall. *Cryſtal*. A. *Cryſtal*.

**CUBEBE**, fructus ſunt aromatici, piperis magnitudine ferè, unicum petiolum ſinguli habent. Sapor piperis inſtar eſt. Creſcit eodem ferè modo ac piper, hedera modo per arbores repit. Fructus racematim cohæret. Flos eſt odoratus. Adfertur ex India orientali. B. *Steert-peper*. G. *Cubeben*, Schwantz-pfeffer. Gall. *Cubebe*. A. *Cubebes*.

**CUBIFORME**, vide *Cuboides*.

**CUBITÆA** arteria; vox nullius auctoritatis aut analogiæ. Cur non ſimpliciter *cubiti*? Aut, ut eleganter *Riolanus ulnam recta percurrens*. Idem indicandum de **RADIÆA**, pro quo dicas *arteria radii*, aut, cum *Riolano*, ramus radio attentus. Puto talia conficta eſſe ad exemplum quorundam Græcorum, ut *ωτιαία*, *εφαιαία*. Sed in adverbis Græcis alia eſt ratio, alia & diverſa in Latinis.

**CUBITÆUS**, muſculus *internus* eſt vel *externus*. *Primus* oritur à condylo offis humeri interno, confundens principium cum palmari ſublîmi, per interiorem & anteriorem cubitus partem extenditur, inſeritur forſi tendine officulo carpi, quod primi ordinis eſt extimum, ſupra digitum minimum. Alter *externus*, ab externa brachii apophyſi emergens, juxta cubi externi longitudinem ſtratus, auricularem infra digitum propè metacarpios quartum tendine deſinit ſpectabili. Vocantur quoque *Ulnares*. B. *Elleboogs ſpier*. G. *Der ellebogen mauſz*. Gall. *Muſcles cubital interne & externe*. A. *The benders of the wreaſt*.

**CUBITUS**, *Plauto* gibber brachii. *ἀλεξων* *Athenienſibus*, *ἄγκων* *Ruſo*. *κύβιτον*, *κύβωλον*. Eſt media pars inter humeri os & carpum; componitur ex duplici offe, ulna ſc. & radio: quorum extrema quidem commiſſa ſunt; inter media autem ab invicem ſecedunt, quamvis membranofa ligamento copulata, à *κύπτω* pronus ſum, inclino caput, nempè, in cubitum. B. *Elleboog* / *boog-arm*. G.

Ein Ellebogen. Gall. *l'avant bras, le Coude*. A. The Elbow.

CUBITUS, est mensura quanta patet à cubiti flexura usque ad summum medium digitum, quæ sex palmis digitivse viginti quatuor constat. Gall. *une Coudée*.

CUBOIDES seu CUBIFORME, est quartum os tarsi in utroque pede, quod & os *tessera, grandinosum*, & *πυλομορφον* vocatur, ex *κύβη* cubus, & *ειδ* forma. B. *Het taerling-been*. G. Das Wuerffel-bein. Gall. *l'Os Cuboide*. A. The Die like bone.

CUCULUS uetus Rondeletio laudatus, pen. prod.

*Cessisset magna compellans voce cuculum. Hor. i. Sat. 7.*

Ita *Plautus* & in *Pseudolo*, & *Afinaria* penult. prod. & opportune quidem hoc accentu pronunciationem volucris importunæ imitatur. Eadem sententia est *Becmanni*, *Torrentini*, *Parai*, aliorumque eruditissimorum hominum, ut necesse sit & *Buchananum* penult. corripientem sibi excidisse, & adulterinum illum *Martiali* attributum peccare vericulum :

*Quamvis per plures cuculus cantaverit annos,  
& spurium illum Ovidio in Philom. attributum :*

*Et cuculi cuculant, fritinnit rauca cicada.*

CUCULLARIS MUSCULUS, seu TRAPEZIUS, est primus scapulæ musculus à figura *Cucullaris* dictus. Incipit ab occipite & colli vertebrarum spinis, & subinde pluribus dorsi superioribus; inferitur tendine lato partim spinæ scapulæ, partim acromio & claviculæ. B. *De spou-nik-haps spier*. G. Der Gucken gleiche mausz. Gall. *Muscle Trapeze*. A. A muscle in forme of a Monks cowl, or hood.

CUCUMA, idem quod *Abenum*.

CUCUMER, CUCUMIS, Est planta, quæ habet caules plurimos, villosos, repentes; quibus alternatim adnascuntur folia, ampla, lata, angulosa, incisa & dentata, aspera, repentia, flores sunt monopetali, campaniformes, patentes, quinquifidi, flavi, ex quibus alii steriles sunt, nulli embryoni adherentes, alii fecundi embryoni insidentes, qui deinde abit in fructum variæ & singularis figuræ, (est enim oblongus, rotundus aut tortuosus,) carnosum, edulem, mollem, viridem aut flavescentem, verucis aliquando præditum, corticem tenerum habentem, teretem in terna vel quatuor loculamenta divitum, semi-

na oblonga, plana, alba, continentia, in medio paululūm  
 rumida seu convexa, candicantia, ad extremitatem acuta,  
 feminibus melonum angustiora, corticem durum habentia,  
 in quo latet amygdala dulcis, unctuosā, saporis grati:  
 radix fibrosa, alba, recta: hæc planta in hortis colitur.  
 Varroni dicitur à curvōre, quasi curvimer: plerūque  
 enim incurvantur. Gr. *Σίκυς* & *Σίκυς* à *σίκος* & *κίον* con-  
 cutere, ire, quia hæc planta longè latèque ramos suos  
 spargit, vel à *κίον*, quod scilicet appetentiam concumben-  
 di minime stimulet. Sunt qui *Anguriam* appellant. B. *Hom-  
 kummers*. G. Gurcke, Cucummer. Gall. *Concombre*. A.  
 A Cucumber.

CUCUPHA, est integumentum capitis, fit ex cephalicis  
 magis odoratis, quæ in pulverem redacta, cotone mol-  
 chato excipiuntur, & inter pannum sericum interpun-  
 ctantur, quod adversus catarrhos (ut dicuntur) alioque  
 capitis morbos super caput geritur, vel pileo intus asui-  
 tur. B. *Gen fruid-muttsjen*. G. Ein Kräutermutzelein.  
 Gall. *Bonnét odoriferant*, ou *Cephalique*. A. An odoriferous  
 cap for the head.

CUCURBITA, est vas Chymicum turbinatum ex ter-  
 ra vel vitro confectum, destillationibus per alembicum in-  
 stituendis, aptum. Quandoque etiam pro cucurbitula su-  
 mitur. B. *Gen kolf / zppglas*. G. Ein kolb, cucurbit,  
 kurbs. Gall. *Cucurbite*. A. A cucurbite, or Gourd-like  
 vessel.

CUCURBITA, est planta, quæ habet plures caules sar-  
 mentosos instar digiti crassos, longos, repentes, aut scan-  
 dentes cum capreolis: folia sunt ampla, magna, rotunda,  
 mollia, lanuginosa, in margine aliquantulum crenata; flo-  
 res albi, campaniformes, ut plurimum quinquifidi, villo-  
 si; ex quibus quidam steriles sunt, nulli embryoni infi-  
 dentes; alii verò sæcundi, seu infidentes embryoni; qui  
 abit in fructum, in quibusdam speciebus teretem & lon-  
 gum, in aliis lageniformem, vel inflexum, in sex locula-  
 menta plerūque divisum, sæta feminibus pallidis, pla-  
 nis, oblongis, hinc obtusis, inde latioribus, & quasi in-  
 trorsum emarginatis, seu auriculatis duabus apophylibus,  
 quasi angulosis eminentibus, & duabus lineis per longitu-  
 dinem excurrentibus notatis; hic fructus habet corticem  
 durum, lignosum, flavescens; ejus caro est fungosa, me-

medullosa, alba & insipida: radix tenera & fibrosa; hæc planta in hortis colitur: Latini vocarunt à concurvatu, quod facile, si quid obstiterit, quod minus extendatur, concurvefcant. Græci ex adverso vocabulum imposuere, καλ. κούρην, nominantes, quod sc. punili breveque sint partus, quos pallim enititur, cum tamen corporis mole, omnes herbarum arborumve fructus videantur superare. B. *Krauwörden*. G. Ein Kurbs, Kurbis. Gall. *Callebasse*, *Courge*. A. Gourd.

CUCURBITINI LUMBRICI, sunt vermes lati femini cucurbitæ similes, omnium longissimi, quamplurimas ulnas interdum æquantes, in humanis intestinis reperiendi; vocantur quoque *Tenia*. *Lumbrici lati*. B. *Krauwörden-zaat-gelyke woormen*. G. Kurbs samen gleiche wurmen. Gall. *Vers Cucurbitins*. A. Worms like the seed of a gourd.

CUCURBITULA seu CUCURBITA, est vas ventricosum, ex vitro vel stanno conflatum, quod corpori cum scarificatione; vel line applicatur, ad sanguinem extrahendum: si sine scarificatione instituitur, *Cucurbita cæca* & *Ventosa* appellatur: Gr. σικία κούρη vocant. B. *Ein blindes kopf*. G. Blind-keppf. Gall. *Ventouse* vel *Ventouse seche*. A. A blind Cupping glass. Cucurbitulæ apponuntur in partibus maximè carnis, ubi vas magna & nervi lædi non possunt. *Traction* illa quæ fit in cucurbitulis applicatis hoc modo peragitur: post cutis scarificationem, aër in cucurbitula contentus vi flammæ vel stupæ incensæ rarefit & dilatatur, postea verò siigefacto & condensato aëre interno minus spatium occupatur, tum aër externus premens carnem, sanguinem in cavitatem cucurbitulæ propellit. Gr. σικία κατά χασμὸν appellant. Cucurbitularum duo genera sunt, inquit Celsus, *æneum* & *corneum*. *Ænea*, alterâ parte patet, altera clausa est. *Cornea*, alterâ parte æquè patet, altera foramen habet exiguum. In æneum linaimentum ardens conjicitur, ac sic os ejus corpori adaptatur, inprimiturque, donec inhæreat. *Cornea*, per se corpori imponitur; deinde ubi eâ parte, quâ exiguum foramen est, ore spiritus adductus est, superque cera cavum id clausum est, æquè inhærescit. At si cætera defecerunt, caliculus quoque aut pultarius, oris compressioris, ei rei commodè aptatur. Ubi inhæsit, si concisâ ante scalpello

cutis est, sanguinem extrahit : si integra est, spiritum. Ergo ubi materia, quæ intus est, lædit, illo modo, ubi in-  
flatio, hoc imponi solet. *Corneis* hodie utuntur *Aegyptii*,  
ut patet ex *Prosp. Alpino*. B. *Koppen / laat-koppen /*  
*kop-glazen / potten*. G. *Kœpfen*, *schrepffen*, ein  
*scerepff*, bad-kopff. Gall. *Ventouse*. A. A. *Cupping-glass*.

**CULEUS**, est Veterum magna mensura, quæ capit ur-  
nas quadraginta.

**CULMUS**, frumenti calamus est, qui spicam sustinet.

**CULUS**, vide *Anus*.

**CUMINUM**, seu **CYMINUM**, Planta est officinalis,  
species est carui, habet caulem in multos ramos divisum :  
folia sunt ut Fæniculi minutim incisa, sed minora : flores  
in umbellam crescunt in summitate ramorum, coloris al-  
bi : semina his succedunt bina sibi invicem juncta, oblon-  
ga, striata, minima, acuta ab utraque parte, coloris cine-  
rei, viridescens aut flavescentis, odoris penetrantis & in-  
grati, saporis plerumque acris sub-amarescentis; radix te-  
nuis, oblonga, quæ perit femine maturo. Cæterum satis  
convenit cum fæniculo, dicitur *παρὰ τὸ κέρον* prægnans es-  
se. *Sato*, inquit Plinius, *pavitum terra*: prægnantibus enim  
salutare, vel *ἀπὸ τοῦ κύμω*, quod fundum ollæ fictilis de-  
notat, *b* in *i* vel *v* mutato. Fundus ollæ fictilis sordidus ab  
igne esse solet. Homines enim parcos, sordidosque *κωμικο-*  
*πελας* vocarunt. Alii derivant à *καίω* calefacio, quia cale-  
facit, sed minus rectè, ut mihi videtur. B. *Κομύνη*. G.  
Kuemmich, Kuemmel. Gall. *Cumin*. A. Cummin.

**CUNEIFORME OS**, dicitur à cuneo, cujus formam  
referri volunt : Antiquis *πολύμορφον* *Multiforme*, ob va-  
rios, quibus asperatur intus & extra, processus, in media  
cerebri basi situm habet, eique basis instar substernitur,  
ita ut omnia ferè capitis, maxillæque superioris ossa tangat.  
Hinc quoque *Basilare os* dicitur & *Sphenoïdes os*. Vide *Ba-*  
*sis*. B. *Wet wigge-been*. G. *Dasz Keilgleiche bein*. Gall.  
*l'Os Sphenoïde*, *Basilaire*, ou *Cuneiforme*. A. The Wedge  
like bone.

**CUNEIFORMIA OSSA**, sunt quæ quintum, sextum  
& septimum os tarli constituunt. *Sphenoïdea*, *Innominata*  
& *Calcoïdea Fallopio* dicta. B. *De wigge-beentjes*. G.  
*Das keil beinlein*. Gall. *les os Cuneiformes*. A. The Litle  
wedge like bones in the foot.



CUNICULI pinguedo, penult. corr.

*Gaudet in effusis habitare cuniculus antris. Mart. l. 3. 60.*

CUNNUS, est pudendum muliebre, ex Clitoride, Nymphis, Labiis &c. constans à κύνω pario, concipio. Vocatur etiam Natura *Plin.* Muliebria *Eid.* Cunnus *Horatio Virg.* Hortus *Ovid.* Genitale arvom *Virg.* utrumque honesta metaphorâ. sic κύνω *Laërtio*, κύνω *Hesych.* Interfemineam *Apul.* vulva, porcus *Varroni* ad imitationem Gr. φούρις *Artemidoro*, κύνω *Ruso*, σάκωνδρ *ἀπὸ ῥήϊ* *μυχοῦ* *Suida.* ἑρὶλλ *Etymol.* βλήχον, τρέμα, ὑσσάκω, μύετον, μέλαθρον *Hesych.* κλητῶρις, φορμισιον *Aristoph.* διασφάξ *Eustathio*, γλῆρον ἐπίσειον ἰκταρ *Hippocr.* κινταρ *teste Eustathio*, apud *Theopompum*, ὀρθαγέρας, ἑ βουσις *Aristoph.* γλωτοκουσιον *Eubulo* comico, σινδίκον *teste Stephano παιδοπαρῶ*, γλῆσις *Epigr.* δ' ἄλλα, σάρο *B.* **De Brouniphysid.** G. Die Weibliche scham, das geburtglied. Gall. *La Vulve, la partie Honteuse d'une Femme.* A. The Privie parts of a woman.

CUPELLA, COPELLA & CAPELLA sive CATINUS, est catillus ex cineribus ossium eixiviatis depuratisque, aut aliis rebus compositus, in quo, dum summo igni resistere potest, aurum & argentum à bracteis suis depuratur. Vide *Catillus Cinereus.* B. **Gen Kapel, een kou.** G. Ein Kapell. Gall. *Coupelle.* A. A Teit Cupell.

CUPRESSUS, idem quod *Cypressus.*

CUPRUM, vide æs.

CURATIO, seu MEDELA, est recta ratio & ordo inveniendi per intentiones & indicationes, certa cuique morbo remedia, quibus sanitas amissa restituatur. Gr. ἰατρικία. B. **Genezunge.** G. Genesung, Artzney, Cur, Heilung. Gall. *Curation, Guerison.* A. An healing or Curing.

CURCULIO, idem quod *Cion.*

CURCUMA, pro cypero Indica, vox recentior *Officinarum*, nomen ei ab inæqualitate radicis, lupatis equorum simili, quæ olim, hodieque nodis ferreis olivarum instar sibi coherentibus distinguuntur, κέρκωμα nuncupatis, ut probè in *Theophrasto suo* observavit, *Bodeus a Stapel*, & ante eum *Pollux. l. 1. c. 2.* Unde *Hesychio*: ἐν κέρκω, ἐν κερκώμω, & *Achin. c. 271.* Ἐὶ δ' ἀνὸν διεσπῶν σιδηρῶν, ἢ κερκώμων. &c. Penult. ergo producit, quia est a Græco κέρκωμον. *Borrich.*

CURCUMA, sive CROCUS INDICUS, est radix exotica,

tica, non tantum croceo colore apparens, sed & eodem alia tingens. Duplex communiter est, aliquando longa, aliquando radice rotunda: hæc multo acrior priori existit, atque cum zingibere sæpe affertur: folia habet & flosculos cannæ Indicæ junioris simillimos, qui plura desiderat, consulat Hortum Lugduno-Batavum, ab *Hermanno* editum, derivatur ab arabica voce *Curcum*: estque crocus Indicus. Sed alii nomen inditum putant ab inæqualitate, quam habet, lupatis equorum simili; lupata multis nodis ferreis sibi coherentibus olivarum instar quondam fiebant, hodieque etiam fiunt. B. *Geelzugt-wortel* / *Curcuma* / *Indiaanse Safran*. G. Gelbwurtz, Geelsucht-wurtz. Gall. *Curcuma*. A. Turmeric.

CUSCUTA, & CASSUTHA, est planta officinalis, an à *Cassus*, quia plantis noceat? An à *Cassis*, rete venariorum, quod plantas reti quasi involvat? An à custodire, quod plantas circumvolvendo custodiat? B. *Schojste* / *wrange* / *vilt-kruid*. G. Filtz-kraut, Flachtz-seyden, Todtern, Seyden kraut. Gall. *Goute du Lin*, *Cuscute*. A. Dodder.

CUSPIS & HAMUS, est fasciæ species: sunt binæ fasciolæ, quæ & convenientem longitudinem habent, & duorum digitorum latitudinem non excedunt, mediæ humerorum capita complexæ dependent, & tam à dorso, quàm ab umbilico fibulâ excipiuntur, post hæc inter se junguntur: quo factò obvolvitur geranis in speciem fisciellæ. B. *Spits-band* & *Angel-band*.

CUSTOS OCULI, est instrumentum, quo in operationibus quibusdam circa oculum præcavetur, ne oculus lædatur. B. *Een oogbewaarder*. G. Augwachter. Gall. *Gardien des yeux*. A. The Preserver of the eyes.

CUTICULA, est operimentum cutis, sine sensu, membranæ modo, supra universam cutim foris extensa, innumeris porulis pervia, ad externarum injuriarum declinationem, vaporum cutaneorum occlusionem, & dum nudos nervos tegit, ad perfectiorem qualitatum tactilium perceptionem, squammulis minimis accommodata, in sulcos areasque exculpta. Nutritur, nam amissâ denuo restituitur, licet ejus vasa minus sint conspicua. Non condensatur frigore, quoniam in foetibus abortivis, eam sæpe ostendi. Nec vaporibus oleosis condensatur, propterea quod

vapores condensati, facillimo negotio eluuntur. Gr. *ἐπιδερμὶς*. vid. *Epidermis*. B. *Het velletjen / opperhuidjen* G. Ein Hæutlein, daß æusserste hæutlein. Gall. *La sur peau*, *l'Epiderme*. A. The cuticle or liteskin.

CUTIS, in vivo homine. Nam *Pellis* est à carne jam diducta, quæ & *Exuvie*: Illa *χρῶς*, hæc verò *διερμα*, *παρὰ τὸ διερν*, & *δορὰ*, & *σέφφ* *Lycophr.* *παρὰ τὸ σέφφαι τὸ σῶμα ἀμφιπέριμεναι*, & *βίρ* *Homero*, *ἀνδρωπνίη* *Herodoto*, *διερ. σῆρ*. Estque velamentum totius corporis externum, si- ve membrana fatis crassa, ex filamentis vasorum sanguineorum, Lymphaticorum, nervorum, variè inter se complicatis contexta, quibus glandulæ numerosæ, & lymphæ ductus, si- ve sudoris & vaporum vasa excretoria densissimè interponuntur; plurimis poris hinc inde pervia est, variis in locis sensibilibiter ad necessariorum introitum & exitum perforata, ut circa os, nares, oculos, aures, pudendum, anum, &c. in capite est crassissima; in cervice, dorso, &c. mediocriter dura est; rarior in facie, pene & scroto; tenuis in lateribus, tenuissima in labiis, in quibusdam locis ut in cubito, fronte, plantis pedum &c. firmiter cohaeret. B. *De huid*. G. Die Haut, oder Fell. Gall. *la Peau*. A. The Skin.

CYANUS, est faba: Eustachius dictum vult *παρὰ τὸ χέναι αἷμα*, prægnans esse sanguine, vel solummodo à *χέναι* quòd granis intus prægnans esset, vel quòd facie prætumida viseretur. Lat. *Faba*.

CYANUS, Est planta, quæ habet caules multifidos, angulosos, lanuginosos, excavatos, ramosos, albescentes: folia sunt oblonga, angusta, profundè incisa ut dentis Leonis, villosa, coloris viridis pallefcientis: flores in summitate ramorum crescunt, magni flosculi, plurimis scilicet flosculis sed dissimilibus comitantes: alii enim, qui medullium occupant, cæteris minores sunt, in laciniis æquales divisi; cæteri verò ad circumferentiam positi, longè majores sunt, magisque conspicui, & veluti bilabiatì, utri- que embryoni insident, & calice squammoso non aculeato comprehenduntur: Embryo autem dein abit in semen oblongum pappis instructum: radix minima, lignosa, fibrosa: crescit inter segetes: nonnullis *Baptifecula*, quod fecantibus & metentibus officiat, retusa, in ejus occursum, falce. Nam & seculam Veteres falcem dixerunt. Rectius

tamen *Blaptifecula* vocaretur, quod κλάπην Græcis, nocere significat. Nostri *Florem frumentorum* nominant, quod sc. in frumentario nascatur agro. *Cyanus* hæc, planta dicitur ob florem, quem profert, cæruleum, aut quod honorem, nomenque dederit cæruleo colori, an à χυῖος aer, cælum? B. κίσορν-βλομ. G. Korn-blume. Gall. *Aubifoin*, *Blaveole*, *Bleuet* *Peroole*. A. Blew bottles, corn flower.

CYATHUS, Barbaris *Bickarium*, forsân à Germanico, G. ein Becher. Arab. corruptè *Alcuatus* & *Alcuatum*, item *Cuathum*, mutatâ in tenuem asperâ, nomen duxit, παρὰ τὸ χόειν, à fundendo nempè, vel ut aliis placet, hauriendo vino in Græcorum conviviis, ubi simpulo sacrificiis religioso successit: undè à Gr. κυαθίζω, *Plauto* *Cyathifare*, idem quod *Propertio* ad *cyathos*, & *Juvenali* *Sat. XIII.* *Suetonio* ad *Cyathum* stare, hoc est, pocula miscere, seu ritu Veterum conviviis solenni, cyatho poscentibus convivis potum admetiri. De quo rei literariæ Dictator *Scaliger*, *Suida* pressius cum *Phavorino* ἀντλητήριον, μέτρον ὄρχυ, *Hesych.* μικρὸν, ἢ ἀντλητήριον. Mensura est tam aridorum quam liquidorum, non, ut quibusdam visum, poculum vulgare, verum sextarii pars octava; sed ad drachmarum pondus decima, secundum Atticos, duodecima Simlero & Menæ, quomodo *Plinius* accipit. *Oribas.* Drach. XII. observacione communi, cui *Fernelius* subscribit, quibus addit *Aegineta* Div. quod *Angeloerat.* 31β. 31. & Dj. expressit. *Nicandri* interpres παρὰ μέτρον: ἀνάσθ, inquit ἔχει μίαν μικρὰς, ἢτοι μίσην μικρὰ δύο τὸ γὰρ μίσην ἔχει σάβρον σαγίων τετρίων, ἢτοι ἑπταὶ ἡμισίαν ἢτοι ἄλλοις δὲ φασὶν ὅτι ἀνάσθ ἔχει σάβρον ἑπταὶ μίαν ἡμισίαν. *Hesychius* ἑπταὶ β. ad stipulante *Phavorino* & *Fuchso*, qui ad cap. 6. sect. 1. *Antidotarii Myresp.* notat *Nicolao* esse 3ij. etsi Veteribus Græcis pro diversa liquorum ratione variet, sunt qui putant continere vini unciam unam, dragmas quinque & scrupulum unum, vel sesquiunciam olei.

CYCLAMEN, seu ARTHANITA, dicitur ἀπὸ τοῦ κύκλου ab orbe, tum ob folii circinatum ambitum, tum ob orbicularem bulbum, vocatur etiam ἰχθυοειδές, quod pisces eo necantur. Romani *Raptum terra*, quoniam ejus radix in terra velut *Raptum* extuberat. Quâ sanè ratione *Terra tuber*, quod in molem quandam intumeat: aut *Umbilicum terra*, quoniam ut *Umbilicus* circinata forma emergit,

git, sic & Cyclaminus sub terra conspicitur, etiam appellarunt. *Panem porcinum* haud dubiè primùm vocarunt bubulci, qui pecori suo radicem hujus gratam pabulis cognoverunt. Cæteri antiquum cyclamini nomen ignorantes, quòd sapiùs radicem in orbem circum actam, intuerentur, quæ non in globum intumescens, sed veluti pressa sese in latitudinem explicaret, quâ formâ quotidiano usu panes visuntur *Terra panem* ceperunt appellare. B. *Der heus-brod* / *Hard-appel*. G. Erd-appfel, Sau-brodt. Gall. *Pain de Pourceau*. A. Sow-bread.

CYCLISCI, sunt scalpra semilunaria, operationibus Chirurgicis accommodata, à κύκλος circulus.

CYCLOPHORIA SANGUINIS, idem quod *Periodus sanguinis*. Ex κύκλος circulus, & φέρω, fero.

CYDONIA MALUS, vide *Cotonia*.

CYEMA, idem quod *Embrion*, à κύω pario.

CYLINDRUS, est emplastrum oblongâ formâ, volum Medicis *Magdaleo*, κυλινδριον. B. *Ein zalt-rolle* / *rolle*. G. Ein pflasterrolle. A. A plaister made into the form of a Roll.

CYLLOSIS, vide in *Cyllum*.

CYLLUM, est crus exterius luxatum. Item claudus & curvus, à κυλλός claudum reddo, unde *Cylosis* claudicatio.

CYMA, CYMÆ, sunt teneri cauliculi, *juli* dicti, vel potiùs, cymæ sunt herbarum delicatiores tenerioresque colliculi, quos à prima germinatione, in summa stirpe proferunt. Nam cum vernum tempus appetit, primò quoque foliorum pullulatu, præclusis adhuc florum calicibus, quosdam quasi turiones, olus subministrat, in quibus floris primùm, mox feminis fetus concluditur. B. *Spruite* / *Schente*. G. Die Kelmen, Schœflein der Kräuter. Gall. *Sommité*, *la Cyme*, *les Tendrons des chous*. A. Little Shoots. or Sprouts.

CYMBALARIA, putant à cymbalio nomen corruptè traxisse hanc herbam.

CYMCIFORME Os, vide *Naviculare os*.

CYMINUM, vide *Cuminum*.

CYNANCHE, & κυνάγχη *Aurel*. quòd canes ac lupos frequenter afficiat: est interiorum musculorum laryngis inflammatio, cum respiratione difficillima & febris continua. Ex κύων canis & ἄγχωngo. Vide *Angina*.

**CYNANTHEMIS**, est cotula foetida, seu flos caninus, ex κύν canis, & άνθεις ab άνθ flos.

**CYNANTIPROPIA**, est rabies canina, qua aegri lucem & quavis clara ac splendida fugiunt, aquam metuunt, ac ad ejus conspectum & commemorationem contremiscunt. Nascitur plerumque ex veneno rabidi animalis, ut Canis, Lupi, &c. homini per morsum vel quovis alio modo, communicato, ex κύν canis, άνθρωπος homo & ετρομα video. **B. Ein dolle honts beet.** **G.** Der von einem tohlen hunde gebissen ist. **Gall.** *la Rage, Morsure de Chien enragé.* **A.** Madneß caused by the biting of a mad dog. Nonnunquam designat delirium melancholicum, in quo homines sese credunt in canes mutatos, quorum actiones omnes æmulantur.

**CYNICUS SPASMUS**, vide *Spasmus Cynicus*.

**CYNOBOTANE**, est herba canina seu cotyla foetida, ex κύν canis & βοτάνη herba.

**CYNOCOPRUS** est stercus caninum, ex κύν canis & κόπρος stercus.

**CYNOCRAMBE**, κύν & λιόζασις, est brassica canina, seu mercurialis. Ex κύν canis, & κράμβη brassica.

**CYNODES OREXIS**, est appetitus caninus, sive famæ præter modum aucta, nullo utcumque copioso cibo sedanda. Oritur ex fermento ventriculi nimium aucto, vel acrimonia quadam, vel robore fibrarum nimio. Ex κύν canis, είδος forma, & όρεξις. **B. Honts hunger.** **G.** Hunds hunger. **Gall.** *Fain canine.* **A.** Canine appetite, or dog like hunger.

**CYNODESMUS**, est vinculum, quo membri genitalis cuticula cum glande colligatur, ex κύν canis, eo quod *Caninum vinculum* nuncupatur, & δεσμός vinculum, à δεσ vincio. **B. Honts-band.** **G.** Hunds-band. **Gall.** *Lien de chien.* **A.** Band of the dog.

**CYNODONTES**, sunt dentes illi inter molares & incisivos positi, quatuor numero. *Canini, Columellares & Oculares* dicti, ex κύν canis & όδός dens. **B. Honts-tanden / oog-tanden.** **G.** Die Spitz-zähne, oder Augen-zähne. **Gall.** *Dents canines, ou œillieres.* **A.** The eye Teeth.

**CYNOGLOSSUM**, est Herba, quæ habet plures caules duos pedes altos, ramosos, lanuginosos: folia sunt longa, angusta, acuta, lanuginosa, mollia, albescencia, odo-

odoris penetrantis: flos monopetalus, infundibuli-formis, & multifidus, hujus pistillum abit in fructum, ex quatuor capsulis comitantem; ut plurimum asperis, & semine ferè plano factis, placentæ pyramidatæ & quadrilateræ affixis: radix oblonga, crassitie digitali, foris ex atro rubens, intus albida, saporis fatui mucosi, aliquando subdulcis, odoris graviusculi, aliquid fetidi canis redolentis, narcotici, si crescit in locis uliginosis, in siccioribus inodora fere, admota naribus somnum conciliat. Lingua canina, ob canis lingue similitudinem, quam folia referunt, dicta. Vel quia hujus plantæ foliis credebant sic demulcere posse vulnera, sic ut à lingua canina fit. Ex *κύναις* canis, & *γλῶσσαι* lingua. B. *Honds-tonge*. G. *Hunds zung*. Gall. *Langue de Chien*. A. *Hounds-tongue*.

CYNOREXIS, idem quod *Cynodes Orexis*.

CYNORHODOS, est rosa canina, ex *κύναις* canis & *ῥοδοῦ* rosa. B. *Honds-roze*. G. *Hunds-rosen*. Gall. *Rose de Chien*, *Rosier Sauvage*, *Eglantier*, *Chinorodon*, *Gratecu*. A. *Dogs rose* or *wild Rose*.

CYNOSBATUS, est *Rubus caninus*; ex *κύναις* canis, & *βατῶν* rubus, idem quod *Cynorrhodos*.

CYNOSORCHIS, est testiculus caninus, satyrii species, ex *κύναις* canis, & *ὄρχις* testiculus. B. *Honds-kullkens*. G. *Hund-knaben*, *knaben-kraut*. Gall. *Satirion de Chien*, *Couillon de Chien*. A. *Dogs-stone like Satyrion wort*.

CYPARISSUS, idem quod *Cypressus*.

CYPERUS, duplex est, *Longus* & *Rotundus*. *Longus*, sive odoratus, vel officinarum habet folia porri, sed longiora, duriora, tenuiora & acutiora: caulis est rectus, duos circiter pedes altus, sine nodis, trigonus, medulla alba plenus, flos apetalus est, plurimis scilicet petalis constans in capitulum squamosum collectus; in squammarum autem alis oritur pistillum, quod deinde abit in semen plerumque triangulare: radix oblonga, crassa instar cygni plumæ, nodosa & geniculata, contorta, repens, fractu contumax, fibrosa, flexilis, foris coloris subobscuri, intus grisei, saporis suavis, sub acris, & aromatici paululum exsiccantis, odoris fragrantis, ad nardum accedentis. *Cyperus rotundus*, habet radicem rotundam, olivæ magnitudine & figurâ, foris rufam, scabram, intus albam, pluribus

ribus ex uno capite, tenuibus quasi filis dependentibus, saporis & odoris ejusdem cum cypero longo; crescit in India Orientali nempe in Java, & aliis in locis. Adfertur ex Italia, Syria, Alexandria, India &c. est Junci species, à radicis effigie, quæ pixidulam aut poculum, vasculumve pusillum imitatur, dictus videtur, siquidem apud Theophrastum folliculus ulmi κόπερος τῆς πτελίας legatur. Juxta aquas facillè succrescit, & radices odorem gratum spargunt. B. **Cyper-wortel.** G. Cyperwurtz. Gall. *Souchet long, Souchet rond.* A. Cyperus.

CYPHEOS trochisci, penult. corrip. quia *Galeno lib. 2. de Antid. per* scribuntur:

Ἐπί τῶν κόφωσις ἐπισημαίνουσιν ὁ Δαμιόκεστῆς &c.

CYPHOMA, idem quod *Cyphosis.*

CYPHOS, idem quod *Cyphosis.*

CYPHOSIS, Lat. *Incurvatio*, est spinæ dorsalis versus posteriora incurvatio, à κόπτω inclino. B. *Gen built / gebugchelt.* G. Ein Buckel, ein Hocker. Gall. *Bosse.* A. A Bunch back.

CYPRESSUS seu CUPRESSUS, est arbor frondis amanae, procera, valdè ramosa, pyramidalis: lignum habet durum, compactum, odoratum, coloris flavescens cariei non facillè obnoxium: folia squammatum sibi mutuo incumbunt, profundè sunt incisa, ut in Tamarisco, sed magis carnosa, duriora, & firmiora: flos mas amentaceus, squamosus, apices pulverulentos habens: fructus est quasi nux nucis moschatae magnitudine, subrotundus, siccus, griseus, dehiscens in multos quasi clavos, sub quibus femina angulosa, plana, rubicunda, medullosa: hæc arbor semper viret, distinguitur in marem, qui ramis est extra se expansis, quæ verò ramos in metæ fastigium erectos habet, dicitur femina: crescit in Græcia, Italia, Hispania, Creta & Asia, quæ in regionibus calidis crescit, fundit resinam, quæ per incisionem in trunco arboris, factam, educitur. Derivatur ἀπὸ τοῦ κόπῃς παρὰ τὴν ἀκρῆμῆν, à *partu parilium ramorum.* Poëtæ tamen cupressum à Cyparissio in hanc arborem converso dictam putant, Plutoni sacra est. B. **Cypres-boom.** G. Cypressen baum. Gall. *Cypres.* A. The Cypress-tree.

CYPRINUS LAPIS, penult. producit *Oppiano.* Vide & *Adjectiva in INUS ab animatis derivata.*



CYPRUS seu ALCANNA, est Arbuscula : dici videtur à Venere, quæ Græcis appellatur *κίπρις*, quoniam feminæ sese eadem tingunt.

CYRTOMA, est gibbus dorsii. Item tumor contra sanitatem in quacunque corporis parte excitatus, à *κέρτω* incurvo.

CYRVOVIS, idem quod *Cyrtoma*.

CYSSAROS, est intestinum rectum, item podex : *κίσσο* enim sive *κίσσο* podex.

CYSTHEPATICUS DUCTUS, est is, qui in ductum hepaticum & folliculum fellis implantatur. Inspice Anotomiam nostram.

CYSTICA, sunt Medicamenta adversus Vesicæ morbos, à *κίσσο* vesica.

CYSTICUS DUCTUS, sive BILARIUS, idem quod *Porus Bilarius*.

CYTINUS, & flos fativæ punicæ. Plinius cytinum interpretatur primum partum punicæ florere incipientis, à *κίσσο* prægnans sum.

CYSTIS, est vesica urinaria, aut fellis, à *κίσσο* prægnans sum, quia aliquid continet.

CYSTIS CHOLIDOCHUS, idem quod *Folliculus fellis*.

CYSTOTOMIA, est vesicæ sectio, sed per illam intelligitur *Lithotomia*, vide suo loco.

CYSTUS FELLIS, idem quod *Folliculus Fellis*.

CYTISUS, est frutex, qui crescit ad altitudinem quatuor vel quinque pedum : caules sunt tenues, lignosi, in multos ramos angulosos, flexiles, & virides se extendentes : folia terna, acuta, villosa : flores sunt papilionacei, leguminosi, coloris flavi, raro albi : flori succedit siliqua plana, ampla, nigra, villosa, in duas partes dehiscens, facta seminibus planis & oblongis : radix divisa est in multos ramos, nervosos, flexiles, flavos : tota planta habet odorem penetrantem, & saporem amarum : crescit in locis desertis & montibus : sic dictus à Cythiso vel Cythno insula, in qua inventus est, & abundat. Malunt alii à Cynthysa insula, quæ è Cycladibus est, nomen accepisse. Gall. *Citise*.